

Speculū finalis retributiōis magistri petri Reginaldeti ordis mīorū.



Tabula

Tabula

Explicit Tabula.

Liber ad lectorem.

Accendi cupiens ad celi gaudia: compos
  Est voti: modo me terqꝫ quaterqꝫ legat.
Nec mirum: penas nam pando clarius omnes
  Tartareas: iusti premia sicqꝫ viri.
Lector emas igitur festinans me tibi: vita
  Tandem celesti viuere quisquis amas.
Sum quoqꝫ nunc docto menda purgatus ab omni
  Nempe viro: tua quem muneret oratio.

Epistola fratris Guilhermi Totani sacri ordinis predicatorum: in laudem presentis operis: per ipsum castigata.

¶ Ceterum probitates quosdam etiam in sacris codicibus inscriptos varie effecerunt virtutes commendabiles: ꝙꝙ ad falsa deuius error abduxerit plurimos: virtutis tantum nomen habentes: bonorum tamen exempla insequi licet. Quosdam .n. ornat sincera fides ac hospitalitatis amor. Abraham quippe primus suo tempore deum coluit. patriam propter deum dereliquit. ad vitandum fratris sui scandalum iuri suo cessit. angelos hospites suscepit. filium immolare disposuit: ꝛ sic in temptatione inuentus est fidelis. Alios vero insignes fecit preclare vite mundicia: vt patet in ioseph: qui zelum colendo dei sue angustie tempore custodiuit mandatum ꝛ in tantum sublimatur honorem vt fieret dominus egypti. Quod si de regibus habendus est sermo Dauid occurret qui in sua misericordia consecutus est sedem regni in secula. Preter hos alij amore legis multa perpessi sibi nomen eternum vendicarunt. Alij rempublicam bene regentes: charitatem quidem non deserentes: pijs insistentes operibus corde puro deo vero famulantes. Alij arte ꝛ industria viuentes bonam ex suis operibus famam per vniuersum mundum indeserentes: quorum nomina ꝛ numerum hic inserere propter eorum multitudinem pretermitto. Memini etiam legisse philosophantium quosdam vt litterarum studio: scire amantes: liberius vacarent: vrbium frequentiam reliquisse. vbi multe sunt oculorum auriumqꝫ illecebre ne per seculi luxum ꝛ rerum temporalium nimiam abundantiam animi fortitudo molescerer: ꝛ ne mundi huius impudicitia stupraretur. Inde pictagorici consortium huius seculi neqꝫ deserentes in desertis habitabant locis. Etiam platonici ꝛ stoici in templorum porticibus versabantur: vt ho

nestioris habitaculi sanctitate commoniti nil aliud q̃ de virtutibus cogitarent. Quod vt de ceteris tacuerim optime fecisse videtur egregius sacre theologie doctor magister Petrus reginaldeti ordinis fratrum minorum: cuius mentem diuina sapientia ita fecundasse arbitror: mirabili ac ineffabili modo inebriasse vt nihil terrenum nihilque mundanum cor eius alliceret: sed toto mentis sue conatu intuitu ⁊ affectu futuram operum bonorum malorumve retributionem contemplaretur. de qua in symbolo Athanasius ait. Qui bona egerunt ibūt in vitam eternam. Qui vero mala in ignem eternum. Unde ⁊ tanq̃ de huiusmodi non ignarus libellū hunc quem si ceteris placet. Speculum finalis retributionis appello. nō sine magno labore magnaq; diligentia composuit: stilo grato ⁊ fecundo: celsaq; sententia: atq; ordine decentissimo ad finem vsq; perducendo. Cuius vtilitatem frequentissime cogitant ego frater Guilhermus totani sacri ordinis fratrum predicatorum humilis doctor ⁊ lector insignis ecclesie primatis galliarum sancti Johannis Lugd. memor prioris charitatum patrum nostrorum dominici scilicet sanctissimi patriarche nostri viri vtiq; apostolici: ac gloriosissimi confessoris Francisci seraphici sacri ordinis minorum fundatores egregij qui adhuc mortales virgine sacratissima dei matre procurante coram deo ⁊ christo iesu mirabiliter corpore: affectu ⁊ effectu conuenerunt in vnum: charitatis amplexibus post visionem mirabilem seinuicem osculantes ⁊ dicentes. quia simul pergemus: ad idem conabimur: nostri quoq; veri pariter successores. Tantum ergo ac tam vtile opus ad gloriam prefati sacri ordinis minorum in lucem omnibus prebere volens quo salus plurium valeat procurari. ex exemplari non modicū viciato studui quoad potui verum exemplar conficere. de minus bene correctis veniam petēs cum orationum suffragijs. de hijs vero que sana: vtilia: ⁊ non in aliquo viciata aut incorrecta legentes reperient. gratias deo: ⁊ laudes actori huius referre laborent.

¶ Quia deus teste ps. lxi. Reddet vnicuiqz iuxta opera sua. Expediens et vtile valde videtur dicere aliquid de gaudijs paradisi. et de penis inferni secundum quod intelligere valemus de hijs duob' ex sacra scriptura: et dictis sanctorum et doctorum. Utile inquam propter tria: videlicet. ¶ Propter concupiscentiaz fugiendā. ¶ Propter penitentiam peragendam. ¶ Et propter vitam iustam conseruandam. Dies enim mali sūt Imo videntur nunc hij dies esse de quibus ait christus. Abundabit iniquitas: refrigescet charitas multoruz. Math. xxiiij. Quapropter sicut mater ostendit filio pomum vt ad eam veniat. et rex patibulum homini ne furtum faciat et rector scolarum virgas discipulo vt lectionem addiscat: sic dominus iesus tanquam mater nobis insinuauit multa de gaudijs paradisi: vt illum sequamur. et multa de penis inferni: vt peccatum caueamus. et virgas quibus in perpetuum punientur damnati: vt bene agere discamus. Primo igitur dicendum est de penis inferni. Secundo de gaudijs paradisi. Iuxta illud ps. Transiuimus per ignem et aquam et eduxisti nos in refrigerium. Thema igitur sit istud.

Conuertantur in infernum omnes gentes: que obliuiscuntur deū. ps. ix. cōsiderem' igitur charissimi et attendamus diligenter quot et quanti dolores sunt in inferno. et sic a peccatis nostris resiliemus. et si non amore dei: saltem penarum timore. quia timor expellit peccatum. Eccl'. i. Unde in libro de oculo morali. Hic aspectus. s. penarum inferni vtilis est: et vt culpa vitetur: et vt pena presens facilis reputetur. Unde dicit Isi. i. soliloquioruz. Prepone tibi aduersus carnis ardores futuri supplicij ignes. Memoria ardoris gehenne: ardorem extinguit luxurie. Uidemus quod quando digitus est adustus. applicatur ad ignem vt minor calor possit extrahi per maiorem. sic et peccator inflammatus igne peccati si per considerationem applicet se igni infernali: minor calor extrahi poterit a maiore. Eccli. vii. Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Facit secundo vt pena presens facilis reputetur. Unde dicebat Bernar. Uigilias times et ieiunia manu

umq̃ labores. sed hec leuia sunt flammas perpetuas meditanti.

¶ Narrat Beda in gestis angloꝝ Quod tempore ꝯstantini minoris imperatoris: quidam paterfamilias cum decessisset in anglia eius aīa eterni iudicis ante tribunal est adducta: vbi tandem obtinuit dei genitricis intercessionib⁹ vt prius inspectis penis infernalibus: post hec rediret ad corpus. Reuixit igitur qui erat mortuus. ⁊ enarratis de penis inferni mirabilibus ⁊ rebus suis erogatis pauperibus profectus est ad quandã insulam vt lingua simul ⁊ opere ostenderet quanta tormenta vidisset. ⁊ in maxima hyeme se mergebat in flumen. ⁊ cum eum super hoc amici arguerent ⁊ noti. respōdit. Sinite me: nam maiora vidi ⁊c. Sunt. n. ibi tot ⁊ tante miserie q̃ si eas homo cognosceret p aliquam experientiam nullam posset in hoc mundo cogitare miseriam quam non potius sustineret q̃ illas penas sufferre vellet. Dicam⁹ igitur hic de tribus.

de Beda in gestis anglorum

¶ Primo de loco infernali ⁊ ei⁹ qualitate.

¶ Secundo de damnatoꝝ pena corporali ⁊ eius multiplicitate.

¶ Tercio de pena spirituali ⁊ ei⁹ varietate.

Primo igitur videndum est de loco infernali ⁊ ei⁹ qualitate: Unde dicit Richardus ⁊ tenent quasi omnes doctores. Quod infernus est in medio terre. q: iste locus est remotissimus a celo: q: centrum summe distat a circumferentia. Nam sicut deus ordinat corpora in suis locis ſm exigentiam suoꝝ naturalium pōderum: sic ordinat creaturas rationales in locis ſm exigentiam suoꝝ amorum. Et ideo sicut electi sunt in celo. q: in suo amore celestia terrenis preposuerunt. Ita reprobi per diuinam iusticiam sunt ⁊ erunt in loco infimo. q: in suo amore infima ⁊ terrena superioribus ⁊ celestibus preposuerunt. H ille. Ex quo patet vbi sit infernus q: ſm astronomos ⁊ speras mensurantes: distat a superficie terre per duo milia. cc. ⁊. l. miliaria. q: est in medio diametri. Est igitur infernus velut fossa siue carcer in medio terre: terra ipsa circūquaq̃ conclusus. Sed qualis est ille carcer? Dico q̃ ſm doctores sanctos ibi sunt quattuor elemēta. s. ignis in suo supremo calore inclusus vt in clibano qui vndiq̃ esset firmiter clausus. Item est ibi aqua in suo sūmo frigore. Similiter aer ⁊ terra in fetore maximo. Unde ⁊ magnificentia regalis requirit q̃ non solum habeat pallacia ꝑpter bonos: sed etiã carceres propter malos. Rex aūt glorie qui magnificatus ē super oēs reges terre: cur non haberet carceres sicut habet pallacium. Unde Aug. in lib. de triplici habitaculo. Tria sūt sub omnipotentis manu habitacula.

summum mediū & ymū. Quoꝝ summum regnū dei vel regnum celoꝝ dicitur. ymū vocatur infernus. mediū presens mundus. vel orbis terraꝝ appellatur. quoꝝ extrema oio inuicem sibi sunt ꝯtraria & nulla societate ꝯiuncta. Que .n. societas potest esse lucis ad tenebras: & christi ad belyal. ij. Cor. vi. Medium āt nonnullas habet similitudines ad extrema. Unde lucem h₃ & tenebras. frigus & calorem: dolorem & sanitatem. leticiam & merorem. odiu₃ & amorem. bonos & malos. iustos & iniustos regnum & subiectionē. famem & satietatē. mortem & vita₃. & hmōi innumera: quoꝝ omnium pars vna imaginē habet regni dei. pars altera inferni. Commixtio. n. maloꝝ simul & bonoꝝ in hoc mūdo est. In regno āt dei nulli mali: s₃ oēs boni & in inferno nulli boni: sed oēs mali. Uterq₃ locus ex medio suppletur. Hominum. n. huius mundi alij eleuantur ad celū. alij trahuntur ad infernum. Similes qppe similibus ꝯiungunt. Bona āt regni celestis dicere aut cogitare vel intelligere vt sūt: nullus pōt carne vestitus. multo maiora sunt & meliora ꝙ̄ cogitentur aut intelligantur. Unde. i. Coꝝ. ij. scriptū est ꝙ oculus non vidit nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit que preparauit deus diligentibus se. Mala āt inferni dicere aut cogitare vt sunt nemo pōt. priora sunt quippe valde ꝙ̄ cogitentur. Hec Aug. Unū Isa. xxx. c. Preparata est ab heri tophet a rege: preparata profunda & dilatata nutrimenta eius ignis & ligna multa. flatus dn̄i sicut torrens sulphuris succendens eā. preparata est ab heri. i. ab inicio. sicut iudices semper habent patibulum in terra ad reos puniendos: tophet. i. vallis gehēnalis. a rege oipotēte: qui solus pōt facere quicqd vult profunda vt nullus possit exire. dilatata vt omnes possit capere. iuxta hoc locus iste pluribus appellatur noibus. ¶ Primo dicitur infernus: ab ifero dictus. q₂ anime in peccato mortali morientiu₃ ante diem iudicij: & post anime cum corporibus ibi inferuntur ad eternaliter patiendu₃. Job. vij. Qui descendet ad infernum non ascendet nec reuertetur vltra ad domū suam. ¶ Dicitur secundo tartarus .i. ꝺm papiam turbatus. quia ibi erit magna tribulatio & magna afflictio sicut infra dicetur. ¶ Dicitur tertio auernus quasi sine vere. i. temperie. q₂ pene non sūt ibi temperate sed nimium excessiue. ¶ Quarto dicitur acheron: ab a quod est sine & cheron gaudium quasi sine gaudio. Alijsq₃ nominibus appellatur de quibus pertranseo. Sunt enim hec nomina scilicet. stix flegeton: lethes: cocchitus: que a quibusdam dicuntur fluuij infernales. Patet igit quis locus sit infernalis habitatio & qualis: sed adhuc magis pa

tebit in sequentibus.

Secundo viden

dum est de damnatorum pena corporali et eius multiplicitate. Licet enim sint valde plures pene. Decem tamen intendo ad presens declarare. Quarum

¶ Prima est ignis ardentissimi.
¶ Secunda est frigoris acutissimi.
¶ Tertia magnus clamor doloris absque cessatione.
¶ Quarta inferni fumus absque euacuatione.
¶ Quinta odor fetidus et multum horribilis.
¶ Sexta visio demonum valde terribilis.
¶ Septima fames crudeliter affligens.
¶ Octaua sitis similiter confligens.
¶ Nona verecundia et confusio.
¶ Decima in tactu maxima afflictio.

Prima igitur pena est ignis ardentissimi. Mathe. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Ignis autem iste differt ab igne huius mundi in quattuor. ¶ Primo in acerbitate Unde secundum beatum Aug. Ignis iste sensibilis ita se habet ad ignem gehennalem. sicut ignis depictus ad ignem verum. Considera igitur quanta sit differentia in ardore inter ignem pictum et ignem verum. et consequenter considera si potes ardorem ignis infernalis qui tantum excedit ardorem ignis huius. O quantam passionem sustineres si per horam stares siue teneres digitum tuum in igne. et maiorem si totam manum. et adhuc maiorem si totum brachium et adhuc multo maiorem si totum corpus. Quantus igitur erit ardor ignis gehennalis. Credo quod nec aliquis viuens cogitare aut dicere sufficiat. Ysa. xxxiij. Quis ex vobis poterit habitare cum igne deuorante. Item in ps. In ignem deiicies eos. Item pones eos vt clibanum ignis: et deuorabit eos ignis. sicut ferrum in fornace totum fit ignis. per ignem igitur scriptura sacra acumen doloris innuit. Sed quia magnitudinem pene eterne exprimere non potest nisi exemplificando de rebus temporalibus et ignis penetrabilius et acrius est elementum: magisque acutum ceteris elementis. Ideo scriptura vt potest acerbitatem pene inferni innuit sepius vocando illius pene acerrimum dolorem penam ignis: minus tamen dicens et plus significans. ¶ Secundo differt ignis inferni a nostra duratione. quia noster potest extingui ille autem non Isa. vltimo. Ignis eorum non extinguetur. Item Deutero. xxxij. Ignis succensus est in furore meo et ardebit vsque ad inferni nouissima. i. quandiu paradisus et infernus durabit. s. in per

[...]ctuum. Q ardor interminabilis
[d]euorabitq; terram cum germi-
[n]e suo. idest terrenorum amato-
res comburet. idest totaliter vret
Iste ignis non cõtinuatur lignis
aut alia materia: sed dei volunta
te. Ille locus inferni tali igne re
pletus est qui nunquam extingue
tur sic ꝙ si totum mare in eo po-
neretur non ex hoc extingueretur
¶ Tertio differt iste ignis perpe
tuus a nostro igne in luce. nã iste
ignis mundialis in se lucem in-
cludit: sed ignis inferni quanuis
sit abundans in ardore tamen se
cundum ordinem diuine iusticie
caret luce. Videbunt tamen dam
nati se inuicem non vt inde conso
lentur: sed vt magis torqueantur
Unde Gregorius. Quanuis illis
scilicet damnatis ignis ad conso
lationem non lucet tamen ad ali-
quid vt scilicet magis torquean-
tur lucet. Eos quippe quos re-
probi nunc inordinate diligunt se
cum tunc in tormentis videbunt
vt penam proprie punitionis ex-
aggeret carnalis cognatio aucto
ri preposita pari ante oculos vltio
ne dãnata. Unde ⁊ Isido. Ignis
gehenne lucebit miseris ad mise-
rie augmentum vt videant vnde
doleant: non ad consolationē vt
videant vnde gaudeant. videbũt
etiam demones vt dicetur infra.
Item dominus Bona. li. iiij. di.
l. conclusione prima .ij. articu.
ait. Ignis est in triplici differen-
tia. Est enim ignis purus vt est
in propria materia. Et ignis in-
corporatus vt est in materia alie
na vt in terra vel aere. ⁊ ignis non
tantum incorporatus: sed etiam
permixtus vt sit sulphureus ⁊ fu
mosus. ¶ Primus est lux ⁊ pure
licet ⁊ abundanter. ¶ Secundus
est ignis carbo ⁊ flamma: hic eti-
am lucet ⁊ tenebram expellit.
¶ Tertius est ignis fumosus ⁊ ta
lis est tenebrosus: ⁊ iste erit in in-
ferno. ps. Posuerunt me in lacu
inferiori in tenebrosis ⁊ vmbra
mortis. ¶ Quarto differt hͣ ignis
ab illo in consumptione. quia hic
potest omnia consumere. Ille au
tem non consumet sed comburet
corpora in eo manentia. Unde
Augustinus. xxi. de ci. sicut decla
rat Franciscus de maronis dicit
ꝙ sicut corpora animabus dolo-
rem faciunt per organa que tamē
non ideo moriuntur: ita potest
ignis infernalis corporibus infer
re dolorem non inferendo mortē:
⁊ hoc declarat quarto exemplo:
¶ Primo de salamandra que in
ignibus viuit. ¶ Secundo de mõ
tibus sicilie qui ab ignibus com
buruntur: ⁊ non consumuntur.
¶ Tertio de carnibus pauonis
que plus quam per annum con-
seruantur mortua a putredine vt
ipse dicit se fuisse expertum.
¶ Quarto de paleis que pira ma
turant: ⁊ niuem conseruant.
Hec ille. Tunc enim cor-
pora erunt in consumptibilia:
ideo semper manebunt in illo

igne sine consumptione. vñ tunc verificabitur illud Apoc.ix. In diebus illis querunt hoïes mortem ⁊ non inuenient eam. ⁊ desiderabunt mori ⁊ fugiet mors ab eis. Et de hac pena dicitur eodẽ li.c.xxi. Timidis autem ⁊ incredulis. ⁊ execratis. ⁊ homicidis. ⁊ fornicatoribus ⁊ veneficis. ⁊ ydolatris. ⁊ oïbus mendacibus pars illoꝝ erit in stagno ardenti igne. ¶ Expositio timidis. s. qui timore penarum fidem accipere fingũt vel acceptã relinquunt Luce. viii Ad tempus credunt ⁊ in tempore temptationis recedunt. ¶ Et incredulis qui. s. bona futura minime credunt Jere. v. Populo huic factum est cor incredulum. Et Jsa. lxv. Expandi manus meas ad populum incredulum. ¶ Et execratis qui manifeste more ecclesiastico excommunicantur. Richardus vel ſm Aymonem. Incredulis. i. paganis vel iudeis. ⁊ execratis. i. falsis christianis qui sunt execrandi a deo. i. abhominabiles. Unde ps. Uirum sanguinum ⁊ dolosum abhominabitur dominus. ¶ Et homicidis qui. s. vel voluntatis prauitate. vel sermonis persuasione vel operis perpetratione aliquem occidunt. i. Joh. iii. Omnis homicida non habet vitam eternam. ¶ Et fornicatoribus idest seruientib⁹ immundicie. i. Cor. vi. Neque fornicarii regnũ possidebũt. ¶ Et veneficijs qui malicie venenum verbo vel exemplo effundunt crudeliter. Ait Richardus. Uenenũ aspidum sub labijs eorum. Ait propheta. ¶ Et ydolatris quales sunt qui relicto vero diuinitatis cultu per ydolatriam demõibus se subdunt. i. Corin. x. Neq; ydolatre efficiamini. ¶ Et oïbus mendacibus quales sunt qui relicto veritatis tramite proximos fraudulẽter fallunt. Ecclesiastici. vij. Noli velle mẽtiri omne mendacium pars illorum erit inquam in stagno ardente. idest in profunda inferni damnatiõe in qua ẽ ignis qui est mors secunda. idest corporis ⁊ anime. Prima mors fuit in anima per peccatum ait Aymo: de quo stagno dicitur. c. xviii. et. xix. eiusdem Apoc. Pars scilicet punitionis. quia multe sunt alie damnatorum pene. Cogitemus charissimi quantus tremor. ⁊ timor erit hiis quibus dicetur ꝑ sententiã diffinitiuam ⁊ irreuocabilem a summo iudice. Ite maledicti in ignem eternum Math. xxv. Quem tremorẽ haberemus si per iudicem temporalem condemnaremur ad carcerem toto tempore vite nostre ⁊ maiorẽ tremorem haberemus si condemnaremur ad mortem. Quid igitur si condemnaremur ad carcerem inferni ⁊ mortem perpetuam cũ acerbitate ⁊ ardore ignis ardentissimi. Sed dicere quis. Que causa erit huius sententie tam mirabilis? Respondet the-

ma in secunda parte sui cum dicitur. Omnes gentes que obliuiscuntur deum. quasi diceret propheta. Hec est causa damnatiōis vestre. s. quia obliti estis deum. patet. nam iudex commemorabit opera misericordie a reprobis nō sibi facta: sed repro. obi quasi se excusantes respondebunt et interrogabunt quando hec sibi non fecerunt. Uerum vt ait Rabbanus. Et si se excusare satagunt tamen deum fallere non possunt. Unde respondebit illis dicens. Quandiu nō fecistis vni de minoribus diis nec mihi fecistis. Ubi Augustinus. Christus est caput ecclesie: corpus eius ecclesia. In nostro corpore caput sursum est: pedes in terra in aliqua constipatione hominum quando aliquis tibi pedem calcat: nonne dicit caput calcas me. Quomodo ergo lingua quam nemo tangit dicit calcas me. Sic christus caput quem nemo tangit dicit. Esuriui et non dedistis mihi manducare etc. Ubi et Crisostomus. Uide qualiter leuia iniungit. Non dicit. In carcere eram et non eripuistis me. infirmus et non curastis me: sed non visitastis et non venistis ad me. In esuriendo etiam non preciosam petit mensam: sed necessarium. Unde Crisosto. Ex hoc loco sciendum est quod non tantum pro eo quod peccauerunt homines condemnati sunt. sed etiam pro eo quod non bene faciunt. Si autem pro eo quod non bene faciunt sic condemnantur putas quales penas exsoluent pro eo quod peccant. ¶ Et notandum quod potius fit disceptatio de operibus misericordie quam de operibus iusticie. cum tamen magis teneamur ad opera iusticie: sed quia opera misericordie faciliora sunt: quia natura ad hoc inclinat supple magis. et ideo magis arguenda vbi deficiunt: et minus remuneranda vbi assunt et ergo si ista remunerantur: et alia Item potius arguit de omissione quam de commissione: cum tamē maioris criminis sit commissio et ideo magis arguendo et puniendo quod minus est innuit amplius punire de maioribus. Itē magis arguit de peccatis in proximum quam in deum: quia si peccata in proximum condemnātur: multomagis peccata in deum vt blasphemia et ydolatria etc. de quibus dictum est in auctoritate Apoc. Item cum sit misericordia corporalis et spiritualis potius arguit defectum corporalium quam spiritualium: quia opera corporalia sūt euidentia: vel per hec etiam signātur illa. Ecce igitur causa quare dicetur reprobis qui a sinistris eius erunt. i. qui sinistra. i. temporalia quam diu vixerunt: ardenter amauerunt discedite a me. o infelix discretio: o dura separatio: o miserabilis conditio: discedite a me fōte vite indeficientis: lumine glorie beatificantis torrente voluptatis

inundantis: plenitudine vbertatis inebriantis. discedite a me maledicti. Primo maledictione culpe. ps. Maledicti qui decli. a. m. t. Secundo maledictione pene: ideo subiungit. In ignem eternum. Hoc est igitur quod dicit thema propositum. Conuertantur in infernum omnes gentes ⁊c. Et sic de prima corporis pena propter quam euitandam fugere debemus quācitius peccatum ⁊ auaritie ardorem: facere penitentiam: ⁊ viuere sm iusticiam.

(s) Ecunda pena rigoris acutissimi Mat. xviij. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. s. ex frigore vehementissimo. Glosa. Stridor dentium de frigore solet excitari. quia ibi transibunt ab aquis niuium ad calorem nimiuꝫ. Job. xiiij. nō inquit Albertus magnus i libro de sacramentis ꝙ sit transitus de loco ad locum: sed quantum ad sensuꝫ. sicut febricitans prius torquetur frigore: postea calore in eodem loco ⁊ in eodem tempore. Sic damnati sm corpus quandoque patientur ardentissimum ignis dolorem: ⁊ transibunt ad acutissimum frigorem: ⁊ econtra. ¶ Sed quanto spacio stabunt in hac pena vel illa. ⁊ quam primo patiantur quando in corpore ⁊ anima concludentur in infernū solus deus nouit vt estimo. Istō autem frigus differt a frigore huius mundi in quattuor. ¶ Primo in acerbitate. Unde Gregorius. Quod ibi erit frigus intollerabile. vnde imaginor ꝙ sicut calor illius ignis excedit calorem ignis huius mundi. Sic frigus inferni excedit istud quod hic sentimus. ¶ Sed quare non dicitur in euangelio: ꝙ dominus dicat i die iudicii. Discedite a me maledicti in frigus eternum: sicut dicitur ꝙ dicet: in ignem eternum. Dicitur. q: ignis magis actiuus q̄ alia elementa: ⁊ q: congruentius possumus sentire eius ardorē quia ⁊ estate ⁊ hieme vtimur igne ideo dominus penam infernalem magis dicitur expressisse sub nomine ignis q̄ alterius elementi vt magis timeamus etiam illas penas grauissimas incurrere valeamus, comprehendere tamen intendens omnes penas inferni sub nomine ignis. Sensisti ne aliquando frigus in digitis ⁊ doloreꝫ illius: maxime quando appropinquasti illos igni: Credo ꝙ sic Considera illum dolorem nihil esse ad doloreꝫ frigoris infernalis quanto magis ille dolor erit maior non solum in digitis: aut in manibus: aut pedibus: sed in toto corpore ⁊ maxime cuꝫ erit transitus immediatus de tanto ardore ad tantum frigus. Unde ⁊ aq̄ ille dicuntur niuium que pre ceteris dicuntur frigidiores. ¶ Sed queritur quomodo aqua frigidissima stabit cuꝫ igne ardentissimo

hoc statim dicetur in tertia diffe
rentia. ¶ Scda differentia aque
frigide sm naturam suam ad illã
aquam infernalem est in limpidi-
tate. Nam hec aqua nostra est cla
ra. Illa autem erit obscura ⁊ ple-
na fumo sicut dictum est de igne
vnde ibi erunt tenebre exteriores.
Tenebre .n. interiores dicuntur
peccata . exteriores erunt tenebre
infernales. ¶ Tertia differentia ẽ
in duratione in se ⁊ in sua frigidi
tate. qꝛ aqua nostra potest calefieri
⁊ per calorem consumi: sed aque
inferni nunꝗ̃ calefient nec dimi-
nuentur. vñ in inferno calor ignis
non destruet: nec mitigabit frigus
aque: nec econtra Hmõi exemplũ
habemus in penis factis egyptijs
Sap. xvi. vbi dicitur. Quod eniꝫ
mirabile erat in aqua que oĩa exti
guit plus ignis valebat: vindex
est .n. orbis. Interli. i. elementa iu
stoꝝ. Glo. Nec mirum si grando
⁊ ignis mixta feruntur. qꝛ ad crea
toris voluntatem oĩa consentiunt
Et sequitur eodem capitulo. Nix
autem ⁊ glacies sustinebant vim
ignis ⁊ non tabescebant. Sic di-
cendum videtur ꝙ in inferno si-
mul erunt ignis calidissimus ⁊
aqua frigidissima diuina volunta
te sic instituente ad punitioneꝫ dã
natorum. Et Sap. v. Pugnabit
pro illo orbis terraꝝ contra insen
satos. ¶ Quarta dña est. qꝛ aqua
nostra suffocat ⁊ interficit homi-
nes sicut videmus ꝙ multi sub-
merguntur in aquis: sed aqua in
ferñi non interficiet: nec submer
get damnatos: imo sicut viuunt
pisces in aquis sic perpetuo hoĩes
viuent in aquis inferni cum illis
acutissimis doloribus. Aqua igi
tur illa nec ratione sui: nec ratione
frigoris interficiet hoĩem: immo
cum illo frigore intensissimo dã-
nati ꝑpetuo viuent. O frigus hor
rendissimũ. o aqua obscurissima
⁊ fetidissima q̃tus stridor dentiũ
erit ex te in damnatis imo in toto
corpore horribilissimus tremor.
vbi erunt stuphe alemanie. vbi ca
mini francie . vbi castra palatia ⁊
loca amena huius mundi iaꝫ non
erunt in perpetuuꝫ nec ab illo fri
gido carcere nunꝗ̃ vllus exibit.
Considera charissime q̃tum do
lorem ⁊ quantum frigus sufferes
si sine morte stare posses in glacie
huius mundi per noctem vnam
nudus. ⁊ si ꝑ septimanam adhuc
plus ⁊ si ꝑ annum adhuc multo
plus. Si igitur in ꝑpetuum i fri
gore acutissimo inferni stent dam
nati quanta erit hec pena cogitet
qui potest. O si penas istas atten-
deremus non est pena in h̄ mun-
do quam non libentius sustinere
mus vt non ad locum illum iſer
nalẽ nõ dſcẽderemꝰ. Cõsideremꝰ
igit̃ has penas vt possumꝰ: qꝛ scri
ptũ ẽ. i. Reg. ij. Dñs deducit ad i
feros ⁊ reduc. ꝑ ꝯsideratõeꝫ illaꝝ
penaꝝ ⁊ reducit ad gaudia padisi
Cũ .n. peccãdo vsq; ad portã iſerni
venit consideratione hmõi pena-
rum que cuilibet peccato mortali

debentur licet non in equali gra-
du penitens redit ad statum gra
tie ⁊ sic reducitur ab inferno vnde
Job.x. Dimitte me dñe vt plan-
gam paululum do.m.anteq̃ va.
⁊ non re.ad.t.t.et.o.m.c.t.mi. ⁊
t.vbi.v.m.et.n.o.sed.sen.hor. in
habitans. Unde Job de plurib⁹
generibus penarum que sunt in i
ferno facit mentionem in hac au
ctoritate de paucis. Considerans
igitur huiusmodi penas ait. Di-
mitte domine.i.locum peniten-
tie ⁊ tempus concede. Da mihi
domine tempus vt possim me ac
quitare tecum per penitentie plan
ctum anteq̃ ad iudicium veniaz
quando non erit tempus peniten
tie per quam possint ista tormen-
ta euadi. Sz quo precio quo ope
re acquitat se homo cum deo. cer
te non ridendo: non corpori com
placendo: sed plorando Isa.xxx
viij. dicit Ezechias. Recogitabo
tibi.o.a.me.in ama. anime mee.
Et hoc est quod dicit Job. Ut
plangam pau.d.meum. Et hoc
est quod dicit Ezechias: cui infir
manti dati sunt.xv.anni.ad vitaz
Non quero spacium vite ad ridē
dum ad suauiter viuendum sicut
multi cum infirmantur spacium
vite desiderant non vt peniteant
non vt fugiant penas huiusmodi
horrendas: sed vt deliciose adhuc
viuāt ⁊ peccata peccatis accumu
lent: ⁊ sic penas illas in maiori
gradu post iudicium possideant:
⁊ vt in temporalibus filijs ⁊ filia
bus prouideant ⁊ non sibi. Unde
tempus petunt ad peccanduz nō
ad penitendum Job.xviij. Dedit
ei dominus tempus penitentie ⁊
ille abutitur eo in superbiā. Abu
titur ergo qui in alios vsus expen
dit. Sed posset quis dicere: Opō
tet me esse multum in dolore ⁊ la
bore ad me acquitandum cum
deo. Et dicit Job ꝙ non. Unde
sequitur. Ut plangam pau. quia
quicquid in hac vita sustineres
non solum parum: sed etiam pau
lulum est respectu eius quod mi
nimum est in inferno. Sequitur.
Antequam va. ⁊ non reuertar.
Quasi diceret. Si non penituero
oportet ꝙ ad locum tormentoruz
vadam ⁊ illam infernalem penaz
sustineam ignis ⁊ frigoris Job.
v. Qui timet pruinam irruet su-
per eum nix. Pruina modica est
⁊ cito transit: ⁊ de terra nascitur
⁊ significat penitentiam quaz ho
mo voluntarie sustinet in hac vi
ta. Nix autem frigidior est ⁊ dura
bilior: ⁊ desuper descendit: ⁊ si-
gnat penam frigoris eternaz que
maxima est ⁊ perpetua ⁊ a deo in
flicta. quasi diceret. Qui peniten
tiam temporalem deuitat eternaz
incurret. Non.n. diceretur iudex
iustus si latrones ⁊ homicidas
dimitteret impunitos. Qualiter
ergo credis ꝙ iudex iustissim⁹ cu
iusmodi est de⁹ te nō puniat in fu
turo: ex quo te nō vis punire in h
mūdo: nec de petis dolere Job.
xix. Fugite a facie.f.snie future.

quoniam iniquitatū vltor est gla
dius. Item Job.xx. Fugiet ar-
ma ferrea ⁊ irruet: in arcū eneū
Arma ferrea vocat penā tempo-
ralem ẜm glo. quia citius in rubi
gine cōsumuntur. Arcum eneū
quia durabilior est vocat eternū
suppliciū. quasi diceret. Qui pe
nam fugit temporalem que bre-
uis est: incurret eternam que du-
rabilior est. Ideo cōsequenter di
cit: anteq̄ vadam. quasi diceret.
Si non plangam: ibo. Cognosce
igitur te offendisse deum: si prece
pta eius trāsgressus es: ⁊ age pe-
nitentiā ne ad has grauissimas
penas ignis ⁊ frigoris descēdas
in corpore ⁊ anima: ex quibꝰ qui
ad illas vltima sententia iudica-
buntur nunq̄ reuertētur. Ideo
dicit Job. Nō reuertar. O quot
homines ibunt ad illas penas a
possessionibus ⁊ diuitiis terrenis
a luxuriis ⁊ aliis peccatis ⁊ vi-
ciis. Uis exemplū audire. ¶ Le-
gitur in miraculis sancti Berna r
di de heremita qui fuerat decanꝰ
ecclesie lingon. q̄ cū fuisset. xxv.
annis in nemore ardanensi: post
mortem suam apparuit cuidam
episcopo lingon. in maxima glo
ria: ⁊ dixit ei: q̄ in hora mortis eiꝰ
xxx. milia decesserūt e quibus ipe
⁊ beatus Bernardus statim ascē
derunt in celum ⁊ tres iuerūt in
purgatorium: ⁊ omnes reliqui in
infernū. Nec est obiiciendum de
paruulis baptizatis si forte tunc
aliqui obierunt. quia non sunt de
numero adultoꝝ. ¶ Item post
huiusmodi recitationem recitat
Albertus magnus in libro de sa
cramentis. Nuper inquit quidā
maximus clericus ⁊ in scientia fa
mosissimus in lecto mortis visi-
tatus ab episcopo parisiensi ⁊ mo
nitus vt in fine renūciaret pluri-
bus beneficiis: ⁊ vnam prebendā
retineret erubescēs vel indignās
facere contra opinionem quā te-
nuerat. Temptabo inquit si po-
test aliquis saluari cum pluribus
prebendis. Post mortem suā ap-
paruit episcopo eodem mēse orā
ti hora tertia in habitu quo sole-
bat vti: ⁊ interrogatus quomodo
se haberet. Ego sum ait in eternū
damnatus. Et que est inquit epi
scopus causa damnationis. Ni-
mia iquit elatio mea damnat me.
Et quid dicis ait ēpiscopus de
opinione plurium prebendarū.
Nihil inquit me adiuuerunt. Et
addidit. Dic mihi si est aliq̄s ad-
huc viuens in seculo. ⁊ ait ēpus.
Quomodo tu tantꝰ clericus ista
queris vt tam cito mundum fini
tum esse credas: cū defuncti bo
na saltem naturalia nō amittant.
Certo ait exquo mortuus fui: tā
infinita animarū multitudo cor
ruit in infernum q̄ non credebā
tot esse viuentes per totum mun
dum. Unde si iesus xp̄us in tota
vita sua nil aliud predicasset: nisi
exemplū de diuite ⁊ lazaro. Lu.
xvi. Sufficere debuisset ad con-
uersionem omniū peccatorum.

Unde miruȝ est ꝙ multi ita per-
uersi sunt. ꝙ si cetera verba ⁊ fa-
cta dñi ⁊ sanctorum aut non cre-
dunt aut negligunt. Cur saltem
istud euangelium non attendūt
Hec albertus. Cōsiderata igitur
pena aque tam frigide. exclame-
mus ad dominū cum proposito
nos emendādi dicētes illud. ps.
Saluum fac me deus qm̄ intra-
uerunt aque vsqȝ ad animā meaȝ
Quasi diceremus. Domine cōsi-
derauimus in anima nostra pe-
naȝ illius aque frigidissime quā
preparasti damnatis: nunc te fa-
uente te auxiliante volumus ad
te conuerti: vt saluos facias nos.
Scientiam viarum tuarum vo-
lumus: qꝛ credimus ꝙ conuertē-
tur in infernū omnes gentes ⁊c.
quia scriptum est. Ipsi vero non
cognouerunt vias meas quibus
iuraui in ira mea si introibunt in
requiem meam. Et hoc de secun
da pena.

t Ertia pena infer
ni declarā
da. est magn⁹ clamor
doloris absqȝ cessatio
ne. Credim⁹ enim ꝙ sicut in glo
ria erit cantus leticie sine cessatio
ne: tam in angelis beatis ꝙ in ele
ctis dei. Sic in inferno erit cla-
mor tristicie tam in demonibus
ꝗȝ in reprobis hominib⁹. De an
gelis beatis dicitur in prefatione
de trinitate. Quam' laudant an
geli atqȝ archangeli: qui non ces
sant clamare quottidie vna voce
dicentes. De qua laude amplius
in tractatu de gaudijs paradisi
dicet domino adiuuāte. De plan
ctu inferni dicitur Apoca. i. Plā
gent se super eum omnes tribus
terre. etiā amen. Et beatus Ber.
In meditationibus inqt. In in-
ferno nil aliud audiet nisi fletus
⁊ planctus ⁊ vlulat⁹ merores at-
qȝ stridores dentiū. O planctus
infinitus qui nunqȝ habebis finē
Vidisti nē aliqū personā desola-
tam ⁊ plāctū clamorosum facien
tem qui te ꝓmoueret ad cōpassio
nē ⁊ fletuȝ. Credo ꝙ sic sicut ma
xime faciunt homines ex amissio
ne carorum planctum: ita ꝙ etiā
multis diebus non possunt con-
solari. Sicut planctū maximum
credimus uirginē dei matrē fecis
se de morte filij sui benedicti. sed
iste habuit fineȝ die tertio quādo
ipsum resurrexisse cognouit. Sȝ
in inferno erit clamor ploratus ⁊
vlulatus multus: qꝛ omnes sunt
tam demones ꝗȝ damnati ꝓ pec
catis suis mortalibus cum vlula
tu quasi canes clamabunt perpe-
tuo maxime. ¶ Propter glorie si-
ue dei visionis priuationē. Prop
ter temporis perditioneȝ. ¶ Pro
pter vehementem penarum pas-
sionem. ¶ Propter venie despera
tionem. O ꝗȝtum tormentum in
auribus damnatorum imo in to
to corpore. Hoc erit pro cantile-
nis ⁊ vocibus cantantium in co-
reis ⁊ ludis dissolutis in quibus
cōmittuntur magna ⁊ multa pec

cata. ¶ Ululabunt igitur primo
demones qui per superbiam suam
perdiderunt tantam gloriã. Ubi
notandum sm Bonauen. li. ij. di.
v. ij. conclusione. i. arti. quod diabo
lus quodãmõ appetit similitudi
nem imitationis dei quodãmodo
equalitatis. & hoc apparet si atten
datur appetibile & modus appetẽ
di. Diabolus enim appetit alijs p
esse sua tñ auctoritate. Quod appe
tit preesse hoc fuit imitationis. &
hoc aliquando obtinuisset si stetis
set. quod autem propria auctoritate.
ita quod sine meritis & sine datore. et
ita quod nulli subesset hoc est solius
dei. & hoc est equiparãtie. & ita di
cit Greg. quod appetijt esse sui iuris
ita quod nulli subesset. Ber. dicit quod
appetijt equalitatem potẽtie. An
sel. dicit quod appetijt pesse sine me
ritis. & oẽs verum dicunt & diuer
se auctoritatẽ circũloquunt. hoc
esse quod est preesse omnibus sua p
pria auctoritate. Et sic appetijt di
uinam equalitatẽ in aliquo. Isa.
xiiij. Ascendã in celum & ero simi
lis altissimo. Et consequenter cõ
clusione sequenti ait. Notandum
quod superbia demonũ & aliorum cõ
formis fuit capiti totius malicie
pricipi. scilicet tenebrarum. Ipse dia
bolus attendẽs suorum naturalium
strẽnuitatem. & excellentiam & p
cellentiam voluit preesse & requie
scere sua auctoritate. hoc est siue
meritis siue ministerio. Demo
nes vero subiecti nõ sunt ausi tã
tum appetere. sed considerantes na
turalium strennuitatẽ voluerunt
sub vmbra illius quiescere ita quod
non ministrarent. sed quodãmo
do sub illa potirentur voluntaria
libertate. quã audiebãt se nõ pos
se haberi sub dominio diuino. Co
gnouerunt enim angeli se esse sa
ctos ad participandum quietis bea
titudinem. & acquirendum per me
rita & ministeria. In hoc super
bierunt quod sine meritis voluerũt
eam. & sine ministerio quiescere:
& sine limite propriam voluntatẽ
implere & hoc totum est superbi
re. Et dicit consequenter quod tã cõ
uersionem bonorum: quam auersiones
demonũ peccatum luciferi pcessit. Nam ipse primus superbiuit. &
superbiam suam omnibus iudi
cauit & extunc quidã adheserunt
sibi. Alij vero resisterunt & adhe
serunt deo. Quanuis ergo simul
fuerit angelorum cõuersio & demo
nũ auersio. non tñ simul cũ pec
cato luciferi. Idem di. vi. conclu
sione prima. ait. Mira in hoc dei
iusticia ostenditur. que tantũ ser
uat iusticiã vt ordinem institutum
nullo modo infringat: tantũ odit
peccatum vt propter peccatũ quos
clarissimos reputauit abijciat.
Unde credo quod tam spectandum
monstrum diuine seueritatis in
angelo nobilissimo & primo hoĩe
quorum vtrunque proprijs manibus
plasmauit & decorauit deus no
bis infirmis opposuit & ostendit.
vt addiscamus quantum odit deus
peccatum & maxime superbiam.

q pro vno motu cordis nobilissi
ma oium creaturarum eternali-
ter et sine spe est damnata. Et pro
esu pomi ipse adam et tota poste
ritas vsqz ad finem mundi ē mor
talitati et multiplici penalitati su
biecta. Et nisi dominus reliquis
set nobis semen quasi sodoma fu
issemus. vt dicit Isa. x. Ex his ef
ficacissimuz relinquitur argumē
tum qd horrēdū est incidere i ma
nu dei viuentis. vt habet. Heb.
x. Si enim deus nō pepercit no-
bilissimo angelo superbienti. qd
erit de vilissimo cinere et abiectis-
simo: in altum se extollenti cum
iacere debeat in cinere et cilicio.
imo in ipso sterquilinio. Hec ille.
ii. Pe. ii. Si enim deus angelis
peccantibus non pepercit sed ru
dentibus inferni detractos. i tar
tarum tradidit in iudicium cru
ciandos reseruari. et originali mū
do non pepercit sed octauuz noe
iusticie preconem custodiuit diui
num mundo impiorum inducēs
et ciuitates sodomorum et gamor
reorum in cinerem rediens euer
sione damnauit exemplum eorū
qui impie acturi sunt ponēs. Di
cit consequenter Bonauen. q de
ordinibus angelorum aliqui lap
si sunt. Locus tamen demonum
post lapsum vsqz ad diem iudicii
non est locus subterraneus quez
vocamus infernum. sed aer cali
ginosus in quo generaliter dmo
nuz multitudo inhabitat. ¶ Utr
autem aliqui sint detrusi in infer
num nec inuenio a sanctis deter
minatum. hoc autem bene credo
q aliqui descendant ad torquen
dum animas secunduz quod ha
bent inter se deputata maledictio
nis officia. Ratio autem quare
in hoc aere sunt est propter hu
manum exercitium. Sicut enim
dicit Augusti. Nunquam deus
quos presciebat futuros malos
eos fecisset: nisi pariter nosset qui
bus bonorum vsibus accommo
dasset. Unde diuina dispositio
hoc exigit vt de preuaricationib9
angelis obsequium quodammo
do electorum trahat et eliciat.
Scit. n. bñ vti maio prauis volū
tatib9. et iō nō eos detrusit i infernū
sed locū ōdit aptū ipsis demōib9
tamen quantum ad statum pec
cati. tum quantum ad statum ex
ercitii siue belli. Aer enim caligi
nosus propter caliginem conue
nit tenebrositati culpe sed propter
nobilitatem et subtilitatem con
uenit velocitati angelice. Unde
sicut aliquibus viris sanctis ostē
sum est frequenter circa nos volu
tant sicut musce. et ita domin9 nō
stati retribuit qd meruerūt. sed si
mul cū hoibus eos expectat pū
cere. et differtur pter nostrū ex
ercitiū nec de9 ex hoc misericorditer
agit. cū hoibus. imo mia superexal
tat iudiciū. q cōtra fontem dat
scintillam pscie ptra demonem
dat bonum angelum. et super hoc
dat suam gratiā. et spiritum san
ctū q vincit omnem ptātem. Hec

ille. ¶ Dubiū autē est vtrū nunc
puniātur pena ignis. Unde dicit
ibidē Bon. ꝙ positio aliquorum
est ꝙ differt pena ignis vsqꝫ post
iudicium. tum vt eorū exercitiū
non omittatur. tum etiā vt diui-
na misericordia ostēdatur: que su
stinet vasa ire apta in interitū. in
multa patientia vsqꝫ in diē quo
retribuet omnibus sm̄ fructū ad
inuentionū suarum. Et cum di-
citur in glo. Jac. iij. Super illo
verbo inflāmata a gehēna. Gehē
na est diabolus propter quem fa
cta est. sicut enim gehēna semper
ardet, sic diabolus vbicunqꝫ sit:
vel in aere: vel in terra semper fert
secū tormenta flāmarum. Respō
det Bona. ꝙ non intelligit de flā
ma ignis materialis. sed de flam
mis vitiorū scilicet ire ⁊ inuidie
quibus etiā torquetur. Peccatū
igitur diaboli iniciatū in presum
ptione. qꝛ statim vt vidit suā pul
chritudinem presumpsit: consu-
matū in ambitione. qꝛ presumēs
de se apetijt quod omnino supra
se fuit: cōfirmatū inuidie ⁊ odij
auersione. qꝛ ex quo obtinere non
potuit quod appetijt inuidere ce
pit ⁊ affectu odij contraire. nam
diabolus superbus nō valens cō
scendere. sed compulsus descen-
dere odit deū iustum. ⁊ inuidet
excellentie eius. hec Bona. Hoc
inquā peccatū post diem iudicij
punietur penis illis infernalibꝰ.
In quibus magnis clamoribus.
ipsi demones clamabūt scientes
se in celum creatos. ⁊ tā magna
gaudia perdidisse ex tanta sua su-
perbia. Jsa. xiiij. Clamabit moab
ad moab. Moab igitur vlulabit.
qꝛ demones maiores vlulabunt.
ceteri respondebunt. ⁊ hec pena
erit maxima in ipsis ⁊ in dānatis
hominibus. Sicut in celo dulce
est audire cantū ⁊ laudem ange-
lorum. sic triste est audire vlula-
tum ⁊ clamorem demonū. Quid
clamabunt. Certe maledicēt deo
qui eos creauit: maledicet lucifer
primus ille malus angelus alijs
inferioribus quibus voluit presi-
dere. maledicent inferiores luci-
fero: cui in tam graui culpa con-
senserunt. maledicēt hoībus: cū
quibus tam graues penas patiē
tur. Illis peccata sua improperā
do dicētes. O miseri qui nostris
suggestionibus ⁊ tēptationibꝰ cō
sensistis: ecce p̄mium qd̄ inde ac-
quisiuistis hic stabitis nobiscū no
litis velitis accipite qd̄ in eternū
meruistis. Clamant insuper oēs.
peccato mortali dānati similiter
deo maledicendo. ⁊ horā in qua
nati sunt patrem ⁊ matrē qui eos
genuerunt. Et sicut triste est in p̄
senti audire clamorem hominis.
tribulati. sic multo tristiꝰ erit au-
dire clamorem tot damnatorum
dicentiū. ve: ve: ve: Ve ꝙ vnquā
nati sumus. ve ꝙ sm̄ carnem vixi
mus: ve ꝙ vnquā in peccatis ga-
uisi sumus. Et filius contra pa-
trem. ⁊ pater cōtra filium vlula-
bit. ⁊ sic de alijs cum quibus vel

pꝛopter quos peccauerũt.⁊ mul-
tos alios terribiles clamoꝛes faci
ent cõtra se mutuo ad magnã pe
nam suarũ aurium.¶Secundo
clamabunt pꝛopter tẽpoꝛis perdi
tionem. Reddituri enim sumus
rationẽ de tẽpoꝛe quo viximus in
hoc mũdo. Unde omne tempus
nobis impẽsum exigetur a nobis
qualiter expẽsum fuerit. Uñ qui
libet redditurus est rationẽ de oĩ
bus annis:mẽsibus:septimanis:
diebus:hoꝛis ⁊ minutis quibus
vixit. Si foꝛtassis.xxx.annis vixi-
stis:⁊ nunq̃ deo per tres annos
fideliter seruistis.quid faciendũ
sit. Respondes ꝙ debeo de pꝛete
rito tẽpoꝛe confiteri ⁊ dolere ꝙ tẽ
pus tuũ sic male expẽdisti. Ber.
Nil pꝛeciosius tẽpoꝛe ꝫ heu eo ni
hil hodie vilius inuenitur.transe
unt dies salutis ⁊ nemo recogi-
tat.¶Unde legitur exemplũ ꝙ
quidã homo deuotus quãdo au-
diuit hoꝛologiũ signare seu sona-
re:semper cogitauit ⁊ dixit ad de
um. O deus meus iam iterũ ho
ram temporis mei consumpsi de
qua redditurus sum rationẽ.quo
modo eam expendi. Unde dam-
nati in inferno de hoc signan-
ter conqueruntur.ꝙ tempus gra
tie tã inutiliter expẽderũt.¶Un
de quidam deuotus existẽs in de
uotionibus ⁊ oꝛationibus suis au
diuit quandã vocem lugubꝛem
⁊ quesiuit quid esset.⁊ respondit.
Ego sum vna anima dãnata. Et
ille.cur tam amare fles? Respon-
dit illa. Ego ⁊ omnes anime dã-
nate de nulla re intãtum dolem⁹
sicut de tẽpoꝛe gratie quod inuti
liter expendimus:⁊ peccando cõ
sumpsimus vbi vna hoꝛa potuis-
sem⁹ de peccatis nostris penituis
se ⁊ eternam penã quam nunc pa
timur euasisse.¶Tertio clama-
bunt sine cessatione pꝛopter maxi
mum doloꝛẽ penarum quas pa-
tientur. Sicut aliqui vehemẽter
infirmi:aut doloꝛem vehementẽ
sustinentes non possunt cessare a
gemitu ⁊ clamoꝛe. Considera si
posses abstinere a gemitu ⁊ cla-
moꝛe habendo manum vel pedẽ
in igne huius mundi:que tamen
pena quasi nihil esset in compara
tione ad illã inferni. Hec erit gra
uissima pena pꝛo peccatis que ni
hil pꝛoficiet. De qua dicitur Sa
pientie.v. Dicẽt intra se penitẽtiã
agentes ⁊ pꝛe angustia spiritus ge
mentes. Hi sunt quos aliquando
habuimus in derisum ⁊ in simili
tudinem impꝛoperij. Nos insen-
sati vitam illoꝛum estimabam⁹ in
saniam. Hec dicent damnati de
his quos nũc mũd⁹ reputat fatu
os. Et sequit. Errauim⁹ a via ve-
ritatis.interli. Euãgelij diuine le
gis ⁊ iustitie lumẽ nõ luxit in no-
bis.⁊ sol intelligẽtie nõ est in nob
oꝛtus. Sꝫ quid fecim⁹. lassati su
mus in via iniquitatis ⁊ perditio
nis.⁊ ambulauimus vias diffici
les.viã aũt domini ignoꝛauim⁹.
Quid nobis pꝛofuit superbia.aut
diuitiarũ iactantia qd cõtulit no

bis. Transierũt oīa ista tanq̄ vm
bra ⁊ tanq̄ nũcius precurrens: tā
quā nauis que pertrāsit fluctuan
tem aquā: cuius cū preterierit nō
est vestigiū inuenire: neq̄ semitas
carine illius i fluctibus. aut auis
que trāsuolat in aere: cuiꝰ nullū in
uenitur argumētū itineris illiꝰ.
sed tantū sonitus alarū verberās
breuē ventū: ⁊ scindēs per vim iti
neris aerē cōmotis alis trāsuola
uit. ⁊ post hoc nullū inuenitur si-
gnum itineris illius. aut tanq̄ sa
gitta emissa in locū: destinatū di
uisus aer cōtinuo in se reclusus ē
vt ignoret trāsitus illius. Sic eti
am nos nati cōtinuo desinimꝰ eē.
⁊ virtutis quidē nullū signū vale
mus ostēdere. in malignitate aūt
nostra cōsumpti sumꝰ. Talia di-
xerunt in inferno hi qui peccaue
runt. Interli. Quinq̄ similitudi
nibus rerum defectus ostenditur
Glo. Per vmbrā: obliuionē men
tis vel mortē carnis quibꝰ huma-
na vita obnoxia est accipimꝰ. per
nunciū precurrentē passiones ani
me vel corporis que precedunt oc
casus vite corruptibilis. per aurē:
excellentiā. per nauē vero leuitatē
humane mētis: que p amaras se
culi vndas demonū fluctibꝰ agi-
tatur. per sagittā dolos ⁊ insidias
iniquorū. Hec omnia enī in mū
do versantur. sed tandē infructuo
sam penitētiam possessoribus su-
is relinquūt. Unde gemētes nul
la voce consolationis releuabun-
tur. Et sequit. c. vj. ¶ Audite er-
go reges ⁊ intelligite: discite iudi
ces finiū terre: prebete aures vos
qui cōtinetis multitudines. ⁊ pla
cetis vobis in turbis nationū qm̄
data ē a deo potestas vobis ⁊ vir
tus. Interli. ¶ Puniēdi ab altis
simo q iterrogabit opa vr̄a ⁊ co
gitationes scrutabit: qm̄ cū esse-
tis ministri regni illius nō recte
iudicastis. neq̄ custodistis leges
iustitie. neq̄ ꝯm volūtatē dei am
bulastis. Horrende ⁊ cito appare
bit vobis qm̄ iudiciū durissimū
in his qui p̄sunt fiet. Exiguo enī
cōceditur misericordia. Potētes
autem potenter tormēta patient.
Interli. Qui. s. mādata dei con-
temnendo grauia peccata cōmi-
serunt nec penituerūt. Sic etiam
potentiores in impietate fortiora
sustinebunt tormēta gehēne. Nō
enim subtrahet personam cuius-
q̄ dominꝰ qui est dn̄ator oīuꝫ nec
verebit magnitudineꝫ cuiusq̄: qm̄
pusillū ⁊ magnū fecit ipse. ⁊ eq̄li
ter cura est illi de oibus fortiori-
bus aut fortior instat cruciatio.
Flebūt ⁊ vlulabūt igit dānati ex
nimio dolore penarꝫ quas patien
tur absq̄ cessatione. O quantꝰ cla
mor quantus dolor quis posset
hec cogitare. Credo q̄ nullus vi
uens. Faciamꝰ igitur pniam de
peccatis nr̄is q̄diu sumus in hoc
mūdo. ¶ Quarto clamabāt hor
ribiliter pp̄ter venie desperationē.
Sciūt enim dānati q̄ ppetuo in
illis penis stabunt iuxta sniam su
mi iudicis dicētis: discedite a me

maledicti in ignem eternum. Q
q̄tum erit hoꝛrēdū ⁊ quāta mate
ria clamoꝛis: planct⁹: ⁊ desolatio
nis: perpetuitas toꝛmētoꝝ. Quo
modo ergo illā perpetuo sustine-
bunt qui hic modicam pniam su
stinere nō possunt. ¶ Sed posset
quis dicere. Quare nō habēt spē
vt a carcere inferni liberent. ⁊ ma
xime cū peccatū eoꝝ fuerit tran-
sitoꝛiū ⁊ tam cito cōmissum. Hec
ꝑpetuitas derogare misericoꝛdie
diuine videtur. ⁊ ex hoc poti⁹ di-
ceretur crudelis iudex q̄ iustus
aut misericoꝛs. Respondetur pꝛi
mo per exemplū. Uidemus eniꝫ
ꝙ emptio momētanea dat ius ꝑ
petuum possidendi rem emptaꝫ.
Item vulneratio momentanea
moꝛtem inducit perpetuaꝫ. Iteꝫ
casus in foueam tempoꝛalis ⁊ su
bitaneus est detentio ꝑpetua. Itē
crimen lese maiestatis est tēpoꝛa-
le: sed seruitus perpetua siue pu-
nitio. Sic dico ꝙ pro momenta-
nea delectatione peccati ⁊ vulne-
re spirituali. ⁊ sic de alijs incurri
tur dānatio perpetua. ita ꝙ si vnā
tantum guttam tolleret quis de
mari in annis mille. ⁊ aliaꝫ in ali
is mille annis. sic guttatim poti
us esset mare exhaustum q̄ a pe-
nis dānati post diem iudicij libe-
rarentur. Et si post tantum spa-
cium sperarent liberari hoc esset
aliquale gaudiū. Sed quia in in
ferno nulla est redēptio omni spe
liberatiōis frustrabunt. Ratiōes
etiam huius perpetue damnatio
nis assignantur. ¶ Pꝛima qꝛ ho-
mo peccauit in suo eterno. i. pec-
cauit q̄diu vixit nec voluntas ei⁹
peccandi finem habuit. ideo iu-
ste in eterno dei ⁊ eternaliter pu-
nitur. Unde Grego. Ad districti
iudicis iusticiam pertinet vt nun
quam careant supplicio quoꝛum
mens in hac vita nunquā voluit
carere peccato: ⁊ nullus detur ini
quo terminus vltionis: qui q̄diu
valuit habere noluit terminū cri-
minis. Iteruꝫ ait. Iniqui nō cū
fine pecauerūt q cū fine vixerunt
naꝫ voluissent vtiqꝫ si potuissent
fine fine viuere vt possent fine fi-
ne peccare. Ostendunt enim qꝛ in
peccato viuere cupiunt semꝑ qui
nunq̄ desinunt peccare dum vi-
uunt. Iuxtuꝫ igitur est vt nunq̄
careāt supplicio qui nunq̄ volue
runt carere peccato. Hec Grego.
Unde ⁊ Augu. Factus est autē
hō malo dignus eterno: qui hoc
in se peremit bonū quod esse pos
set eternū. Et Bernar. Iustus ꝑ
fecto si peccat patitur quod nolit
qui nō peccat nisi velit. ¶ Secun
da ratio. qꝛ licet in inferno nō ha
beant facultatē peccādi: habebūt
tamen affectum. quia adhuc pec
care vellent si possent. Uellēt eniꝫ
si possent in peccato perpetuo de
lectari ideo perpetuo debēt puni-
ri. ¶ Tertia ratio quā ponit san-
ctus Tho. ij. li. cōtra gentiles. c.
xciij. est qꝛ aīe post moꝛteꝫ reddū
tur immutabiles ꝫm voluntateꝫ
vt. s. vlterius volūtas mutari nō

mensi fueritis remetietur vobis.
Sic ergo ordo est pene respectu
culpe. In hoc aūt nō est sicut di-
ctum est. vel nō dicitur ibi ordo.
q2 elementa ibi ordinē naturalem
nō seruabunt. Ignis enī cuius
ordo naturalis ē ardere z illumi
nare ibi ardebit sed nō illumina-
bit. In ps. Vox domini interci-
dentis flā. Quod exponens ciprianꝰ
dicit. Dominus flāmā ignis in
tercidet q2 ardorē in inferno z lu
men in celo ponet. nō tamē peni-
tus ignis nō lucebit. lucebit enī
vt inde doleant nō vt gaudeant.
Item nō erit ordo vt ignis sepa
retur ab aqua: sed erūt simul mi-
xta cū alijs multis ut fumo feto-
re zc. Ideo sequit sed ibi sempi-
ternus horror inhabitās. Unde
Sap.iiij. vbi fit ꝺmo de nuptijs
dicitur. Erūt post hec decidētes
sine honore z in cōtumelia inter
mortuos in ppetuū. Tractabun
tur igitur a demonibus eorū tor
toribus vilissime. Nulli nec pape
nec regi honorē dabunt: sed qui
plus peccauerūt plus z cōfusibi
lius tractabunt z punient. ¶ Se
cundo locabunt turpissime z ad
idē facit auctoritas predicta: q2 i
fernꝰ est terra tenebrosa terra mi
serie z locus in corde terre oībus
miserijs repletꝰ: vt dictū est priꝰ.
z in isto loco post iudiciū genera
le locabūtur oēs demones z oēs
dānati perpetuo absq2 exitu z spe
cuiuscūq2 consolationis. Math.
xxv. Ite maledicti in ignem eter
num. Ubi erūt camere huiꝰ mun
di ornate tapetis z picturis? do-
mus cū tantis expensis edite? ca
stra: palacia: z alia sumptuosa edi
ficia? Certe hec omnia erūt destru
cta. Ubi sedebūt reges z princi-
pes? Ubi lecti molles z alia sum
ptuosa que tantū in hoc mundo
diligunt: vt pro acquisitiōe taliū

multa committant peccata talia
emẽdo ⁊ vẽdendo cũ mendaciis
periuriis ⁊ aliis fraudibus infini
tis: que ducũt hoies ad infernuꝫ.
Quãta fatuitas pro re trãsitoria
⁊ quasi momẽtanea tot ⁊ tãtas pe
nas ꝑpetuas sustinẽ velle? ¶ Ter
tio erũt in seruitute impia. Hõ. n.
factus est vt sit dominus omniuꝫ
mundanorũ. In ps. Omnia sub
iecisti sub pedib⁹ eius oues ⁊ bo.
vniuer. insuper ⁊ pe. campi. Vo-
lucres celi ⁊ pisces maris ⁊c. Ita
tamẽ vt obediat ei qui fecit eũ. sci
licet deo suo ⁊ creatori omniuꝫ. sꝫ
qꝛ noluit deo obedire: iustũ est ut
creature ꝑpter ipsum facte sint si
bi ad suppliciũ eternũ. sicut satis
dictum est prius. ⁊ velit nolit hec
tormẽta patietur ⁊ his subicietur.
Etiam dãnati patiẽtur a demoni
bus sicut ab eoruꝫ tortorib⁹: sicut
dictũ est prius. O ꝙ̃ grauis pena
hiis qui in hoc mũdo iubere siue
precipere ꝯsueuerunt quoꝝ impe
rium ⁊ dñatio versa erit in seruitu
teꝫ: ⁊ nõ immerito cũ in hoc mũ
do noluerũt obedire suo creatori
suo redẽptori in deceꝫ preceptis.
Videmus eniꝫ quõ reges ⁊ prin
cipes ⁊ ceteri domini imo pater-
familias ⁊ materfamilias seruos
suos imo etiã filios puniũt ⁊ sub
iiciunt seruituti aliquãdo morteꝫ
inferẽdo ẜm diuersas trãgressio-
nes suorũ preceptoꝝ: vel aliter pu
niendo scilꝫ incarcerando: verbe
ribus castigãdo ⁊c. Sed hec eoꝝ
pena ⁊ seruitus tẽporalis est ⁊ trã
sitoria: sed vere seruit⁹ inferni erit
ꝑpetua. d̃ qua dicitur Jere. xvij.
Seruire te faciã inimicis tuis in
terra quaꝫ ignoras. i. in inferno q
est in medio terre vt dictũ est pri⁹.
Et ratio hui⁹ seruitutis redditur.
ca. xvj. eiusdẽ ꝓphete. Quia dere
liquerũt me patres vr̃i: ait domi
nus ⁊c. ⁊ legẽ meã non custodie-
runt: sed ⁊ vos peius operati estis
ꝙ̃ p̃res vestri. Ecce eniꝫ ambula
bat vnusquisqꝫ post prauitatẽ cor
dis sui mali vt me nõ audiat: ⁊ eii
ciaꝫ scilꝫ per mortẽ de terra hac ĩ
terrã quã ignoratis: scilicet infer
ni: ⁊ seruietis ibi diis alienis. i. de
monibus quibus obediuistis tan
ꝙ̃ deo seruieris scilꝫ die ac nocte
. i. semꝑ qui nõ dabũt vobis req-
em. ¶ Quarto erũt dãnati cũ infi
quoꝝ copia. Hec copia ⁊ societas
dãnatis erit maxima pena. Non
eniꝫ habet veritatẽ illud ꝓuerbiũ.
Solaciũ miseris est socios hr̃e in
penis. imo ꝙ̃to plures erũt dãna
ti tanto ignis ille magis ardebit.
sicut videm⁹ ꝙ ꝙ̃to sunt plura li-
gna in igne tanto ardor ignis est
maior. o quot erũt dãnati. Consi
deremus a principio mundi quot
fuerũt hoies. Quis posset cogita
re sufficienter. Credo ꝙ solus de⁹
⁊ quib⁹ reuelatũ est sciunt horum
numerũ. Erũt autem vt cõiter di
citur. ⁊ ita xp̃s videt̃ sentire dicen
do Math. xx. Multi sunt vocati
pauci vero electi: plures damnati
ꝙ̃ saluati. Etiam fetor erit maior
⁊ ita de multis penis. sicut d̃ cla-

more:pauore. de quibꝰ dictuz est.
Erit etiã maxima pena videre tot
demones a quibus nunq̃ȝ separa
buntur. Cogitet igit̃ qui poterit
hanc penam. si pena est damnato
ad mortẽ esse in carcere cũ frigo-
re fetore ꝛ alijs miserijs que ali-
quãdo sunt in carceribꝰ vel cũ ho
minibus mortuis ꝛ fetidis q̃ ali-
quãdo sunt cũ alijs viuis incarce
ratis. maior est pena dãnatis esse
cũ tam turpissima fetidissima et
horrenda societate tot dãnatorũ.
Hec meditari diligẽter facit bene
pugnare cõtra diabolũ ꝛ cauere
peccata ne ad hanc societatẽ pue
niamus. Cum eniȝ quis cõside-
ret ꝙ si fuerit victus a demone ꝑ
peccatũ mortale ad illa tormenta
ducetur. Certe dȝ virilꝰ pugna-
re ne vincatur. ¶ Exemplum egi
sippus de cladibus iudeorũ nar-
ratꝰ ꝙ cũ quidã de socijs alexãdri
qui preerat magno exercitui vide
ret cõtra se exercitũ innumerabilẽ
preparatũ: ꝛ sui sumerent cibũ ad
cõfortationẽ virium. ipse in quo-
dam solacio dixit eis. Prãdeamꝰ
nunc. q2 hodie cenaturi sumꝰ apõ
inferos. Quo verbo ita aiati sunt
ad fugiendũ cenam illã ꝙ nullus
preter vnũ fugit de prelio. ꝛ sic vi
riliter pugnauerũt ꝙ victoriã ha
buerũt. Sic charissimi taliter re-
sistamus vicijs ꝛ pugnemus cũ
mũdo carne ꝛ demone: ut victo-
res existamus ꝛ illã societatẽ hor
ribilem euitemus. Hec societas
debetur illis qui in societatibus
huius mũdi multa peccata com
miserunt. sicut fit ĩ tabernis ꝛ lu
dis ꝛ chorreis ꝛ multis alijs co-
pulis vel societatibꝰ fatuorũ: que
societates sunt vitande. Quia di
cit ps. cum peruerso peruerteris.
Unde ad hoc est sanctꝰ basilius qua
si in fine sue regule dicens. Eui-
ta uiros quos erga mandata dei
videris negligẽtes: q mortui sunt
virtutibus: qui letantur in ꝓprijs
voluntatibꝰ vt gaudijs careãt di-
uinis. Cũ huiusmodi uiris nulla
sit tibi cõmixtio neqȝ uelis cũ eis
ꝑmocinari assidue: nisi in quo eos
possis ab errore reuocare. Ceteꝝ
si non uales deuita ut publicũ ho
stem. Sepe enim per vnaȝ ouem
morbidaȝ polluitur totus grex et
modica pars fellis magnuȝ dul-
coreȝ vertit in amaritudinẽ. ꝛ fer
mentũ modicũ totã massam cor
rumpit. hec ille. Euita ergo socie
tates peccatoꝝ ut possis euitare
societates dãnatorũ. nam in tali-
bus societatibꝰ iniquoꝝ virorum
nõ est memoria de deo. ꝛ si est: est
in malo: periurãdo: blaspheman
do: ꝛ inhoneste loquẽdo vel de ab
sentibus murmurando ꝛ illis
detrahendo. de talibus dicit pro
pheta. Conuertantur ꝛc̃. qui ob-
liuiscuntur deum. quia scilicet
non seruant mandata dei sui.

d Ecima pena corporalis
ipsorum damnatoruȝ
erit in tactu maxia af-
flictio. pro qua pena intelligẽda.

est sciēdū ꝙ corpora illa erūt valde passiua sed tamē incorruptibilia. Et pro hoc magis intelligendo. Cogita aliquē ualde infirmū ⁊ debilē in suis mēbris uel patiētem guttā uel talem infirmitatē. Sunt eni aliquē ifirmitates que ita reddunt passibile corpꝰ sicut ⁊ ego expertus sum ꝙ non sufferre possunt tactū alicuius ponderis. Talia igit erunt illa corpora ⁊ ita passibilia ꝙ in tactu patiētur grauissimā penam. ⁊ hoc ex q̄ttuor.

¶ Primo ex tactu suorum membrorum valde ponderantium.

¶ Secundo ex tactu suorum locorum ipsos continentium.

¶ Tertio ex tactu corporuꝫ aliorum damnatorum.

¶ Quarto ex tactu demonū cuꝫ hijs condemnatorum.

¶ Prima igitur pena erit ex tactu suorū membroꝝ ⁊c. Naꝫ corpora dānatoruꝫ erunt ponderosa multū: ⁊ sic brachia sup corpus ipsius dānati: ⁊ caput sup humeros. ⁊ sic de alijs maximū dolorē faciēt. ⁊ hoc possumus imaginari ex eo ꝙ aliquādo quis in parte aliqua corporis habet plagaꝫ aut malū aliquod in quo si tangatur statim clamore magno ciulat. di. Ꝺ dens uos leditis me. etiam se ipsuꝫ illuc nō audet tāgere. Sic carissimi corpora dānatorū erūt tā ifirma ut i tactu suoꝝ mēbroꝝ sibi penam graueꝫ infligant: ⁊ talis pena erit illis qui sua mēbra tetigerunt turpissime ⁊ in talibꝰ peccatis mortui sunt aut qui se parauerunt nimis superflue sicut ⁊ faciunt multi ⁊ multe intentione alliciendi ad peccatum. ¶ Et iuxta hoc potest poni exemplum quod recitatur in floribus sanctorum. ⁊ parisius contigisse legit. Magister eni quidaꝫ dictus silo: quendam suum scholarē egrotātem obnixe rogauit ut post mortem ad se rediret ⁊ statum suum sibi denunciaret. Post igitur aliquot dies sibi apparuit cum cappa de pargameno tota descripta sophismatibus ⁊ intus tecta flāma ignis siue foderata: qui requisitus a magistro quis nam esset. ait. Ego sum vtiqꝫ qui ad te redire promisi. qui de statu suo requisitus ait. Hec cappa super me plꝰ ponderat ⁊ plus me premit q̄ꝫ si vnam turrim super me haberes: ⁊ hec est mihi data ut eā porteꝫ ꝓ glia quā in sophismatibꝰ habui. Porro flāma ignis q̄ est coopta: pelles sūt delicate ⁊ varie q̄s ferebam: que flamma me cruciat ⁊ exurit. Sed cum magister illam penam facilem iudicaret dixit ei defunctꝰ ut extenderet manum. ⁊ sic facilitateꝫ pene sue sentire posset. Cūqꝫ manum suam extendisset ille guttā vnā sui odoris dimisit que ꝑdicti mgrī manū sagitta citiꝰ ꝑforauit: ita ꝙ cruciatū mirabilem senticrit. ⁊ ait. talis sum totus. Ille igitur magr ex ipsius pene acerbitate seculum deliberauit deserere ⁊ religioneꝫ intra-

re. Unde mane scholarib⁹ cōgre
gatis hos vsus cōposuit. xv. Lin
quo coax ranis: cras coruis vana
q̄ vanis. Ad logicā pergo: que
mortis nō timet ergo. Et sic secu
lum deserēs religionem intrauit.
Istud exemplū valet ad ostendē-
dum ex pōdere illius cappe quō
post diem iudicij quādo corpora
erūt vnita aīabus ex pondere etiā
taliū corporum dānatorū valde pō
derantiū ac suoꝝ membrorū erit
maxima pena in damnatis. sic ꝙ
brachiū dānati super corpus suū
valde passiuū multū affliget illud
cum illo ardēti igne sulphureo: ⁊
hoc pro peccatis cōmissis ex orna
mentis pulchrarū vestiū ⁊ pelliū
diuersarū in quibus supflue mul
ta ꝯsumunt vbi ex: talib⁹ magis
deberet subueniri xp̄i pauperib⁹.
Unde nō dubito ꝙ si nobis acci
deret sicut illi magistro. videlꝫ ꝙ
vnā guttā siue paruā penā infer-
ni sentiremus spernerem⁹ multa
que nunc sunt cā ⁊ occasio nostre
dānationis nisi peccata mortalia
que i hijs fieri possunt fugiam⁹.
¶ Secūdo erit pena ex tactu suo
rum locorū ipsos dānatos ꝯtinen
tium. Sicut enim videm⁹ ꝙ infir-
mi si ponerent sup lectum durum
vel lapidē: paterent. immo i lecto
molli valde patiunt nec quiescere
possunt multi ꝑpter infirmitates
sui corporis. Sic corpora dāna-
torum maxime passiua ⁊ sensibilia
valde affligent ex tactu locorū. i.
corporū que cōtinebūt illa. ⁊ hec
pena spāliꝰ debetur illis qui in
lectis mollib⁹ ⁊ ornatis multa pec
cata horrēda cōmiserunt. de qui-
bus dicit Amos. vj. Ue qui dor
mitis in lectis eburneis ⁊ lasciui
tis in stratis vestris. Ue imp̄reca
tio maledictiōis eterne ē: siue dā
nationis his qui dormiūt i lectis
ornatis ⁊ ibidē lasciuiunt peccata
luxurie ⁊ alia mala cōmittendo.
De peccato isto vid si vis Ezech.
xxiij. Uel qui etiā ut pigri multū
tpis perdunt quo possent orare
vel aliqd bonū facere. de quibus
dicit Prouer. xxvj. Sicut ostium
vertit in cardine suo: ita piger i le
cto suo. O q̄ grauis pena his q
assueti sunt dormire in albis lin-
theaminibus ⁊ culcitris delicata
pluma. O q̄tū dolebunt eis late
ra immo totū corpus ex tā duro
lecto. ¶ Sed poterunt ne dānati
se vertere. Quidā dicunt ꝙ nō ni
si q̄tum demones eos vertent: sꝫ
quomodocūq; sit: pena eorū non
alleuiatur ex tali uersione. de isto
lecto dicit Ysa. xiiij. Detracta est
ad inferos superbia tua icōcidet
cadauer tuum: subter te sternet ti-
nea ⁊ operimentū tuū erunt ver-
mes. ¶ Aliqui tamē dicūt ꝙ i rei
veritate ibi nō erunt. ⁊ ꝙ nullum
animal erit i iferno nec viuet post
diē iudicij: sed ibi tm̄ erunt diabo
li ⁊ hoies in perpetuo carcere cum
igne ⁊ ceteris de quib⁹ dictum est.
sed scriptura loquit per nobis no
ta ut per illa intelligam⁹ ibidē pe
iora: ita ꝙ ibidē erūt mala peiora

ꝛ abominationes maiores q̃ȝ sit
abominatio serpētū ꝛ vmiū huiꝰ
mūdi. Cōsidera igit̃ si deberes eē̃
in lecto etiā q̃ȝtūcūqȝ molli cum
.cc. serpētibus ꝛ totidem buffoni
bus qui ꝯtinue te morderēt ꝛ af-
fligerent crede ꝙ maiora patieris
ī lctō iferni si ibidē̃ ieris. ¶ Ter-
tia pena ꝛ grauissima erit ex tactu
ꝛ pōdere corporis alioꝝ dānato-
rum. O deus q̃ȝta pena erit illis
qui in iferno loco erūt. Cōsidera
si sup te esset maximus lapis sine
morte quā penam sufferres. Sic
vtiqȝ maxima pena erit ipsis dam
natis ex pōdere aliorū corporum
valde ponderātiuȝ. In ifimo aūt
loco erūt falsi xp̄iani. ¶ Unde le
gitur in uita Macharii ꝙ quadā
die ipse sctūs caput defuncti repe
rit. ꝛ cū orasset interrogauit illud
cuius caput fuit. Et rn̄dit se fuis
se paganū vel pagani. Et dixit ei
Macharius. Ubi est anima tua?
Et rn̄dit in inferno. Cūqȝ requi-
reret si multū in ꝓfundo esset rn̄-
dit ꝙ tantū erat in inferno q̃ȝtuȝ
distaret terra a celo. Cui Macha
rius. Sunt ne aliqui ꝓfundiores
te? Rn̄dit. etiaȝ iudei. Et ille. Et
vltra iudeos sūt aliq ꝓfundiores
Cui ille. ꝓfundiores oībus sunt
falsi xp̄iani qui xp̄i sanguine sunt
redēpti ꝛ tamē preciū ꝑuipende-
runt. Hec ibi. Ecce igit̃ quomo-
do xp̄iani plus punient̃ q̃ȝ iudei ꝛ
alij pagani: ꝛ nō immerito qꝛ pl'a
a deo r̃ceperūt bn̄ficia vt baptismū
ī quo se ꝓmisserūt seruaturos legē
suaȝ ꝛ alia sacr̄a. Et qꝛ magis in
grati iō plus punient̃. Et hec pe
na debetur illis qui in tactu circa
alios peccauerūt osculādo: tāgē-
do ꝑ incitationē ad malū. De qui
bus peccatis etiā pauci cōfitētur
credentes nō esse peccatū in tali-
bus impudicis tactibꝰ: cū domi-
nus dicat Math .v. Qui viderit
mulierē ad cōcupiscendū eaȝ iaȝ
mechatus ē in corde suo. Ita di
cunt doctores. Qui tetigerit ꝛc.
per cōsensum ad peccandum. O
xp̄i fideles si velitis effugere tātuȝ
pondus tot corpoꝝ dānatoruȝ ab
stinete a tactibꝰ malis ꝛ cōfitemi
ni preteritorū cū ꝓposito nō reci-
diuandi. Sed erūt ne aliq ut illi
qui erūt supiores qui careant hac
pena. Credi pōt ꝙ dn̄s illū carce
rem fecit a principio tante magni
tudinis ut capere posset oēs dāna
tos tam demones q̃ȝ hoīes. qꝛ ip
se ꝓsciuit quot essent dānandi. Et
credi pōt ꝙ ille infernꝰ post diē iu
dicij erit plenꝰ dānatis. ita ꝙ oēs
erūt ꝯstricti ꝛ ita patient̃ oīa cor-
pora a se mutuo grauitatē, sȝ ma
gis ī hac pena ꝛ alijs qui magis
peccauerunt affligent̃. ¶ Quarta
pena ex tactu erit ꝑ demones: qa
sine cessatiōe ut dictuȝ est priꝰ sup
talia corpa ꝑcutiēt. Cōsidera igit̃
si infirmꝰ grauiter ꝑcuteret̃ in lo
co ifirmitatis: si pateret̃. Cōside-
ra igitur si potes q̃ȝtus dolor erit
corpibꝰ illis tā passiuis q̄ tā graui
ter ꝑcutient̃. Hec pena debet̃ eis
spāliter q in hoc mundo alios ꝑ-

cussserunt vel occiderũt uel aliam
violẽtiã in corpibus alioruʒ fece-
runt. ¶ Habemꝰ enim exẽpluʒ in
vita beati anthonii quomõ mul-
titudo demonũ eũ adeo laceravit
ꝙ minister eius eũ quasi mortuũ
ꝓprijs humeris asportavit. Cũqꝫ
oẽs qui eũ comitati fuerãt quasi
mortuũ plorassent dormiẽtibꝰ cũ
ctis subito Anthonius reviviscit
⁊ a ministro ad ꝑdictum locuʒ se
iterum portari fecit. qui cuʒ ibi ex
dolore vulnerũ ꝓstratus iaceret:
ex virtute animi demones ad cõ-
flictum excitabat. Tunc illi i for-
mas varias ferarꝝ apparuerũt ut
iteruʒ eũ dẽtibus cornibus ⁊ vn
guibus crudelissime lacerarent.
Hec in vita beati Anthonij. Ver
beraverũt etiã beatũ Franciscũ ⁊
multos alios deo ꝑmittẽte. Ita
cõmuniter dicit ꝙ in iferno vbe-
rabunt dãnatos. in verberatione
maximũ dolorẽ faciẽt ipsis. Iste
sunt igit pene corꝑales dãnatorꝝ.
xl. ⁊ forte plures alie erũt. qꝛ nullꝰ
dicere posset penas illiꝰ loci vt di-
cunt scti. Si qs igit attẽte hec co
gitet: peccata dimittet ⁊ cogno-
scet ac inqret diligẽter q̃ sit via sa
lutis. Eccli. ij. Qui timẽt dñʒ in
quirẽt que bñplacita sunt illi: ⁊ q
diligũt eũ replebunt lege ipsiꝰ: q
timẽt dñm custodiẽt mãdata illiꝰ
⁊ patiẽtiã habebũt ad ispectioneʒ
illiꝰ dicẽtes. Si pniaʒ nõ egerimꝰ
incidemꝰ in manꝰ dei ⁊ nõ in ma-
nus hoim. Nã ꝯuertent in infer-
nũ oẽs gentes que. ⁊c. ⁊ tantum

de penis inferni corporalibus:

Sequitur nũc tertio vi dere d̃ penis

inferni quo ad aiaʒ que generalit
in dãnatis possunt assignari. x. s.
¶ Carentia glorie.
¶ Vermis conscientie.
¶ Rancor iracundie.
¶ Tumor superbie.
¶ Livor invidie.
¶ Timor pene.
¶ Certitudo damnationis.
¶ Defectus consolationis.
¶ Mortisqꝫ desiderium.
¶ Verecundum stipendium.
¶ He sunt pene decẽ quarũ quelt
bet in q̃ttuor dividet vt priꝰ dictũ
est de corporalibꝰ. Et sic iterum
erũt. xl. O hõ cogita ꝙ si corpus
patiatur ꝙ anima per ampliꝰ pu
nietur. qm̃ ipa principalius pecca
vit ⁊ deum offendit. Naʒ ipsa da
ta est corpori ut ipsuʒ regeret ⁊ nõ
ecõtra. ideo plus est puniẽda. Vn
de magr. c. j. di. xlix. iiij. ait. Post
resurrectionem vero facto vniver
so ipletoqꝫ iudicio suos fines ha
bebunt civitates due vna xp̃i alia
diaboli. vna bonorũ altera malo-
rum. vtraqꝫ tamẽ angelorũ ⁊ ho
minuʒ. Hec ille. Et. c. j. di. xlv. di
cit. Preterea sciẽdũ est vt ait Au
gu. ꝙ omnes anime cũ de seculo
exierunt diversas habẽt receptio
nes. i. loca vbi boni habẽt gaudi
um mali tormẽta: sed cũ facta fue
rit resurrectio ⁊ gaudiũ bonoruʒ
amplius erit ⁊ malorũ tormenta
graviora. qm̃ cũ corpore torque-

bunt. Hec ille. Et rationem assi-
gnat Ric. di. xliiij. iiij. q. iij. secun
di principalis. Pena inquit spiri
tualis principalius aiam respicit
ꝛ pena ignis principalius respicit
corpus. pena tamē spūalis redū-
dabit in corpus ꝛ pena corporis i
animā. Hec ille. Sicut nūc expe-
rimur ꝙ dū patitur corpus cōpa
titur anima ꝛ econtra. dum patit
anima simul patitur ꝛ corpus. O
q̄ntus dolor q̄nta pena q̄nta tristi-
cia cum corpus erit afflictuꝫ pre-
dictis penis: ꝛ anima dicēdis cō
sequenter etiā affligetur. q̄ vehe
mēs q̄ incogitabilis punitio: nō
solum ex penis ſm se in vtroqꝫ: ſꝫ
etiam ex redundātia penaruꝫ cor
poris ad aiam ꝛ anime ad corpꝰ.
Cogita rogo q̄ntum affligeris et
quāto dolore anima afficietur cū
etiam in paruo mēbro tui corpo-
ris pateris ita ut nec possis dor-
mire aut qualēcunqꝫ recipere cō
solationem. Sciunt insuper qui
infirmati sunt in corpore quomo
do sanitatē ↄcupierunt ꝛ magna
operati sunt in medicinis ꝛ alijs
rebus ut sanitatē ipsam recupera
rent: ꝛ quomō afflicti sunt. O deꝰ
iste infirmitates nihil sunt ad ali-
as perpetuas infernales. Cogita
etiaꝫ ꝓ duꝫ aīa est tristis quomō
corpꝰ tabescit ꝛ deficit. Prouer.
xvij. Animus gaudēs etatē flori-
dam facit: spiritꝰ tristis exiccat os
sa. ¶ Exemplū huius habemus
in lib. timoris vbi dicit ꝙ in vitas
patrū narratur ꝙ duo fratres di-
missa pnia regressi sunt ad mun-
dū: postea vero tacti pnia reuersi
sunt ꝛ recepti: ꝛ vterqꝫ inclusus i
cella separata ministratū ē eis idē
genus refectiōis ſm pniaꝫ taxa-
taꝫ. In fine vo anni iussi sūt egre
di ꝛ ecce vnꝰ apparuit valde pin-
guis ꝛ rubicūdus. Alter vo mi-
ro mō macilentꝰ ꝛ deformis. Et
inuēto per inquisitionē ꝙ idē fue
rat vtriqꝫ mīstratū ꝛ nō aliud. mi
rati sūt fratres: ꝛ ipsis dimissis q̄
situm est a pingui qd cogitasset. ꝛ
dixit ꝙ ō bonitate dei q̄ eū redure
rat sup hoc grās agēs ↄtiue. Se
cuꝫ dus regsitꝰ de eodē dixit ꝙ de
peccatis ꝓpter q̄ deū taꝫ grauiter
offenderat ꝛ penas eternas meru
erat ex hoc dolēs assidue. Et iu-
dicauerūt patres eos eiusdē meri
ti. Ex hijs igit patet quō ex gau-
dio vel dolore aie corpus disponi
tur. Si igit sic corpus aie cōgau
det vel cōpatit ex sola cogitatiōe:
quid erit vbi ipsa res cogitata ꝑ-
sens aderit. Erit igitur maximꝰ
dolor in corpore ex penis anime
ꝛ econtra. Et sic omnes pene cor
poris affligent animam per redū
dantiam. ꝛ econtra omnes pene
anime affligēt corpus. Pensa igi
tur hec omnia diligenter ut eua-
dere possis tantaꝫ miseriā: pniaꝫ
agēdo de peccatis tuis ꝛ dei mā
datis obediendo. Videamus igi
tur penas spirituales ipsius ani-
me ſm ꝙ possumus capere ꝛ in-
telligere ex dictis sacre scripture
ꝛ sanctorum.

P Rima igiť erit carentia
glorie. De hac pena ait
Crisosto. super Math.
omel'. xxiij. Due pene erūt in iser-
no scilꝫ cōburi: ⁊ a regno excidi.
Hec pena difficilior. Multi gehē
naꝫ abhorrent: sed occasum illius
glie amariorē gehēna penaꝫ esse
aio. Pone mille gehennas ni-
hil tale quale a gloria excidere. a
deo haberi odio: audire nō noui
vos ⁊c. ¶ Sed quō est hoc veruꝫ
q: ⁊ pueri nō baptizati carebūt vi
sione dei ⁊ gloria: sed inde non tri
stabūtur. quō ergo diciť carentia
glorie tāta pena cū non sit nisi pe
na dāni ⁊ non pena sensus. Rñ-
detur ꝙ pueri scient ⁊ cognoscēt
se priuari a gloria ꝑpter peccatuꝫ
originale tm̄ quod fuit actuale ⁊
mortale in primis parētibꝰ ⁊ non
cōmissum per voluntates ipsorū
puerorꝫ. ⁊ ideo nō tristabūtur de
huiusmodi carētia glorie. Dāna-
ti vo alij cognoscēt se carere glo-
ria ex peccato mortali per eos cō
misso. ⁊ ideo summe tristabūtur
ex tali priuatione. sicut si quis in
hoc mūdo tristareť de priuatione
hereditatis ⁊ patrimonij si hec ꝓ
uatio esset ex culpa sua ⁊ nō sic tri
staretur si eēt ex culpa patris sui.
Ista pena erit ex quattuor.
¶ Primo q: ꝓuati sūt dei visiōe.
¶ Scdō angelorꝫ consolatione.
¶ Tertio sctōrꝫ cōgratulatione.
¶ Quarto celi empirei māsione.
Hec quattuor notat btūs Greg.
in quadā omel'. vi. Quis itellectꝰ
capere sufficit illa supne ciuitatis
qꝫta sint gaudia: angelorꝫ choris
interesse. ecce scdm. cum beatissi
mis spiritibus glorie conditoris
assistere. ecce tertiū. presenteꝫ dei
vultū cernere. ecce primū. incir-
cūscriptū lumē videre. ecce quar
tum. Dolebunt igiť damanati se
fore priuatos dei visione. qua pe-
na ſm Aug. nulla maior est in dā
natis. Huiusmodi aūt visio ē illa
beata refectio ex qua viuūt scti. iu
xta illō Job. xvij. Hec ē vita eter
na vt cognoscant te solū verū deū
⁊ quē misisti iesum xp̄m. Hac er-
go visione beata priuabūtur dam
nati pro quocūqꝫ peccato morta
li cōtra legē diuinam commisso.
Rationē huius priuationis assi-
gnat sctūs Tho. in. iij. cōtra gen
ti. c. cxliij. Quia in eo qui peccat
mortaliter eius auertiť intētio vo
luntatis ab vltimo fine. igiť ei q
peccat mortaliter hec pena debeť
vt omnino excludať a cōsecutio-
ne finis. Hec ille Mat. vij. Disce
dite a me oēs qui operamini iniq
tatem. Iteꝫ idē doctor ibidē ait.
In hijs que sunt ordinata ad fi-
nē talis habitudo inueni: ꝙ si fi
nis est uel erit necesse est ea q̄ sunt
ordinata ad finē fore. si auteꝫ ea q̄
sunt ad finem non sunt: nec finis
erit. Si enim finis esse pōt etiam
nō existentibꝰ illis que sunt ad fi-
nem: frustra per hmōi media que
ritur finis. Homo aūt per opera
virtutū cōsequitur finē vltimum

que est felicitas. Si ergo aliquis
contra virtutē agat ab intentione
vltimi finis auersus cōueniens ē
ꝙ vltimo fine priuetur. Hec ille.
¶ Sed quereret quis. Que ē hec
via per quā venit ad beatitudinē
et qua dimissa nō peruenitur. Certe
illa est de qua ꝓpheta ait. Beati
imaculati in via qui am. in. l. do-
mini. Ubi dicit Aug. primo ser-
mone sup Beati imaculati. Ab
exordio suo magnus psalm⁹ iste
charissimi exhortat nos ad beati-
tudinem quā nemo est qui nō ex-
pectet. Quis enim vnq̄ꝫ potest vl'
potuit vel poterit inueniri qui esse
noluit beatus. Quid igit exhorta
tione opus est ad eā rem quā sua
sponte appetit animus. Naꝫ pro
fecto qui exhortat id agit vt exci-
tetur volūtas eius cū quo agit ad
id ꝑpter quod exhortatiōis adhi-
bet eloquiū. Ut quid ergo nobis-
cum agit ut velimus quod nolle
nō possumus q2 oēs quideꝫ bea-
titudineꝫ cōcupiscunt. Respon-
det Aug. Sed quō ad eā perue-
niant plurimi nesciūt. Ideo hoc
docet iste qui dicit Beati imacu-
lati in via que am. in. l. dñi. Tan-
q̄ꝫ diceret. Scio quid velis: bea-
titudineꝫ queris. Si ergo eē uis
beatus: esto imaculatus. Illud
eniꝫ oēs. Hoc aūt pauci volunt si
ne quo non peruenit ad id quod
oēs volūt. Sed vbi erit quisq̄ꝫ im
maculatus nisi in via in qua uia
nisi in lege domini. Ac p hoc bea
ti imaculati in. v. qui am. in. l. do
mini. Et sequit. Uos igitur errā
tes in falsam beatitudinē vera mi
seria requirētes reuocat ad viam
si audiatur vox ista diuina. Beati
im. in. vi. qui amb. in. l. dñi. Tan
q̄ꝫ dicēt. Quo itis supple alia via
incedendo peritis inquit et nesci-
tis. Non illac itur quā pergitis
quo peruenire desideratis nā vti
q̄ꝫ beati eē desideratis: sed mise-
ria sunt et ad maiorē miseriaꝫ du-
cunt itinera ista que curritis. Tā
magnū bonum querere per ma-
la nolite. Si ad illō ꝑuenire vul-
tis: huc venite hac agite: vie per-
uerse relinquite malignitatē. Nō
autē beati iniquitati in errore qui
ambulant in peruersitate seculi.
Sed beati imaculati in. vi. q am.
in. l. dñi. Hec Augu. Uides er-
go quomodo peccatū mortale est
occasio siue causa priuationis vi
sionis diuine. Qui ergo sic mo-
riuntur: iuste priuant gloria eter-
na. q2 auerterunt se a fine et viam
perueniēdi ad illaꝫ dimiserunt et
ceperunt viam ꝑueniendi ad infer
num. Non ergo mirū si dānati ꝑ
uantur visione dei. Et quādo di
cit Aug. ꝙ omnes uolūt beati-
tudinem certe verū est: sed hoc in
telligitur de uolūtate naturali si-
ue inclinatione vel in generali sed
nō in particulari siue volunt vo-
luntate remissa sed nō voluntate
plena siue efficaci. q2 non faciunt
illud ꝑpter quod possent illaꝫ cō
sequi. Sicut si quis uellet ire hie
rusalem et tenderet versus occidē

tem nõ acciperet viam per quaȝ
posset peruenire hierusaleȝ. Sic
in proposito. Q̃tus igitur dolor
erit i dãnatis perdidisse tantũ bo
num ex culpa sua penset qui po-
terit. ¶ Secũda pena est q: ꝑua-
buntur angelorũ cõsolatiõe. Bea
ti enim nõ tm̃ videbunt deum in
paradiso: sed etiã beatissimos an
gelos qui in tanto nũero illic sũt
qui tantũ nũc gaudent de nostra
salute. Sicut dr̃ Luce. xv. Gau-
dium est angelis dei sup vno pec
catore penitentiã agente. Jõ ver
sa uice gaudebunt hoĩes beati vi
dendo illos qui tantũ dilexerunt
eos dum eẽnt in hoc mũdo. sicut
gaudet amicus de visione amici
sui. Jdeo dicit Gregorius notan
ter in auctoritate prius posita q̃-
ta sint gaudia angeloꝝ choris in
teresse. Tristabunt autẽ damnati
de amissione hui⁹ gratissimi con
sorcij a quo ꝑpter suam culpam
priuati sunt. ¶ Tertio tristabun
tur de priuatione societatis oĩm
sanctoꝝ hoĩm: de qua priuatione
siue separatiõe dicitur Mat. xiij.
Exibunt angeli ꝛ separabũt ma-
los de medio iustorum ꝛ mittent
eos in caminũ ignis. Erit aũt se
paratio ad magnã penaȝ. Unde
glo. super Apoca. i. dicit. Nõ tm̃
dolebunt mali de supplicio: sȝ q:
separabũtur a tali ꝯsortio. O de⁹
quãtus dolor in tali separatione
ꝛ q̃tus clamor q: separabunt in
aliquib⁹ pater ꝛ mater a filijs ꝛ fi
liabus quos genuerũt ꝛ ita care
nutrierunt. ꝛ parentes ab amicis
ꝛ cognatis cum quibus vixerũt.
Sed qui saluabunt nõ tristabun
tur de tali separatiõe: q: in eis nõ
poterit eẽ dolor aut tristicia: sȝ dã
nati valde tristabuntur. Et ratio
huius separatiõis est ut sicut fue
runt in vita deformes ꝛ dissimi-
les q: saluati bene vixerunt: aut si
peccauerũt pniam egerũt. Dãna
ti uero male vixerũt ꝛ in peccatis
mortui sunt sic iustũ est ut etiam
sint dissimiles in premio ꝛ ab in-
uicem separati. Jtẽ etiam q: an-
gelis noluerunt acquiescere siue
cõsentire. ideo separabunt ab eis
ita ꝙ nunq̃ post dãnati uidebũt
bonos ꝛ sanctos. ꝑuati huiusmo
di sanctissimo cõsortio ꝑpter suũ
peccatũ in quo cõsortio est maxi-
mum gaudiũ: sed accumentale si
cut no. Grego. in auctẽ preallega
ta cũ dicitur q̃ta sint gaudia cuȝ
beatissimis spiritus glorie ꝯdito
ris assistere. ¶ Quarta pena erit
ꝑuari celi empirei mãsione. Ubi
sciendũȝ ꝙ sicut recitat Rich. de
me. vil. li. ii. di. ij. q. i. tertij princi
palis vltra aq̃s q̃ sunt supra firma
mentũ est vnũ corporale celuȝ qḋ
vocatur celũ empireũ quod non
ab ardore sed a splendore dictum
est. quod ſm cõiores opinionẽ in
telligitur p illud celum qḋ sacra
scriptura dicit deũ creasse cũ ter
ra q: firmamentũ secũda die fa-
ctum est ꝛ ipsum celũ empireum
est locus beatorum. ꝛ ipsuȝ celuȝ
dñs noluit reuolui ad significã-

Sum pacē & quietē mētis illorum
qui in illo celo resi dēt & residebūt
& hoc celum dicit Strabo eē in-
tellectuale. qr illud celū nō perci-
pimus sensu: sed per fidē qua in-
tellectus noster assentit sacre scri
pture. Et .q. sequēti dicit ꝙ illud
celū nō est stellatū: sed vniformit
luminosū p totū. quāuis sua lu-
minositas lateat sensus nr̄os qđ
ideo est vel qr ex improporciona-
bilis oculis nō glorificatis sicut
lumē corporis glorificati. vl quia
aque que sunt sup firmamentū
non sunt illi⁹ luminis traductiue
vel qr ppter eius a nobis longam
distantiā multiplicatio sui lumi-
nis nō ptendit vsqꝫ ad visū no-
strū nisi forte ita debiliter vt a vi
su nr̄o nō valeat apprehēdi. Aliis
videt dicendū ꝙ ppter il'ius celi
subtilitatē nō est ibi lux ita cōgre
gata vt visum nr̄m in p̄senti statu
mouere possit sicut ignis in spe-
ra sua que est nobis valde ppinq̄
respectu celi empirei. nō lucet ita
vt possit moueri visū nr̄ eo ꝙ nō
est ibi lucis cōgregatio & propter
corporis ignis subtilitatē. Corpo
ra aūt beatorū erūt illi celo pro or
namento maximo. & ideo de' illō
celum stellatū eē noluit. Hec Ri
char. Hoc est igitur tanqꝫ pallaciū
pulcherrimū amplissimū & claris
simum in quo angeli & sancti vi-
dent deū. & hoc pallacio carebūt
dānati & ponent in vilissimo ster-
quilinio inferni ppter sua demeri
ta. Et hec pena debet illis qui hic
abusi sunt castris & palaciis mul-
ta peccata mortalia in eis cōmit-
tēdo. vel dōib⁹ aliis de qbus & in
qbus cor suū nimis apposuerūt.
deus nouit quō hoies hui⁹ mūdi
curāt de edificiis tpalibus ea cō
struendo cū maximis peccatis ac
si eēnt imortales nō cogitātes de
palacio paradisi. Hoc est palaciū
qđ sanct⁹ Tho. apostolus Gōdo
foro regi yndie voluit fabricare si
ue elemosynis acquirere. ¶ Cū eni
venisset in yndiā sicut legit in vi-
ta sua designato ab aplo mirabili
palacio & copioso thesauro acce-
pto rex in aliā puinciā pficiscit. &
apl's vniuersum thesaurū paupe
ribus elargit. Per totū aūt bien-
nium quo absuit rex: apl's predica
tioni institit & inumerabilē ppl'm
ad fidē cōuertit. Rediēs autē rex
& que fecerat Thomas discens.
ipsū in ymo detrusit carceris do
nec eū igni daret. Interea Gad
frater regis morit qui qrta die re
surgens dixit fratri suo. Hic hō
quē excoriare & incēdere dispone
bas amicus dei est & oēs angeli ei
famulant qui me in paradisū du
centes quoddā mihi ostēderūt pa
laciū ex auro & argento & lapidi-
bus p̄ciosis mirabilit fabricatū.
Et cū eius pulchritudinē ad mi-
rarer dixerūt mihi. Hoc est pala-
ciū qđ fratri tuo thomas cōstru-
xerat. Cūqꝫ dicerē ꝙ ianitor eius
essem dixerūt mihi. Frater tu⁹ fe
cit se illo indignū si vis in illo ma
nere rogabim⁹ deū ut te resuscita

re dignet ut illud a fratre tuo pos set emere reddẽs ei pecuniã quaʒ se estimat pdidisse. Et hec dicens cucurrit ad carcerem apli fratri suo postulãs indulgeri abiectisq; vinculis rogare cepit ut vestẽ pre ciosaʒ acciperet. Cui apl's. Igno ras q nihil carnale nihil terrenũ gestiũt qui cupiũt habere in cele stibus ptãtem ut supple pncipalit gloriẽt in illis. Egrediẽti auteʒ apl'o de carcere rex occurrit aduo lutus pedib' eius veniãq; postula bat. Tunc apl's ait. Multũ uobis prestitit de' ut secreta sua uobis ostenderet. Credite in christum ꝛ baptizemini ut eterni regni parti cipes sitis. Dixit ei frater regis. Vidi pallaciũ quod fratri meo fe cisti ꝛ illud comparare volui. Cui apl's. Hoc in ptãte fratris tui est. Cui rex. Illud erit meũ. ꝛ aposto lus fabricet tibi alteruʒ qđ si forte nequiuerit mihi ꝛ tibi hoc vnum cõmune erit. Respõdens aposto lus dixit. Innumerabilia sunt in celo palacia ab initio seculi prepa rata que fidei precio ꝛ elemosynis cõparantur. Diuitie aũt uestre ad illa vos antecedere pñt seq vero oino nõ possunt. Hec ibi. Hec sũt palacia de qbus in euãgelio. In domo patris multe mãsiões sũt. Hic aũt accipitur palaciũ siue do mus pro pmio eterno. Sic igitur dãnati carebunt dei visione ꝛc. q2 obliti sunt deum ꝛ conuersi sunt ad hec inferiora. Ergo recte dici tur. Conuertantur. in. in. f. o. g.

Secunda pena spũalis ipsi' anime erit ver mis cõscientie de quo Ysa. vlt. Vermis eorũ nõ morieꝫ de quo verme Bona. in fi. quarti mouet tres qões. ¶ Pria. Vtrũ dãnati habeant vermẽ corporalẽ. Rñdet di. Mõ Augu. xx. de ciui. dei ponit circa hoc duas opinio nes. Quidã eniʒ volũt intelligere vermẽ illum esse materialẽ pter verba sacre scripture. Alij vo ra tionem sequẽtes volunt dicere q vermis ille sit spũalis. ꝛ horũ opi nionem dicit sibi magis placere. ¶ Et qõne sequenti qua q̃rit verũ vermis sit in dãnatis rñdendo di cit q ipsa trãslatio vermis ad do lorem spiritualẽ manifestat in qui bus ꝛ quõ sit uermis si attendat ratio transferẽdi. In uerme eniʒ materiali cõsideraꝫ origo ꝛ mor dificatio. Vermis eniʒ oriꝫ ex pu trefactione ꝛ mordet illud in quo oritur. Sic in spũali dolore nõ q libet dolor est uermis: sed qui na scitur ex putrefactione peccati et tũc peccatũ diciꝫ putridũ quãdo aia i eo reqescit rursus oportet q in dolore sit morsio. hec aũt est ex cõcursu duorũ mouẽtium sibi in uicem obuiãtium ꝛ resistẽtium. ꝛ ista duo mouẽtia sunt in hoie. uo luntas naturalis ꝛ deliberatiua q̃ rum vtraq; mouet. Ista ↄcurrũt per ↄsciam dictantẽ aliqđ factuʒ esse indebitũ ꝛ tunc obuiãt quan do naturalis detestaꝫ indebituʒ ꝛ

deliberatiue placet. tunc aūt reſi-
ſtūt quādo vtraq̄ʒ i ſuo actu viget
ſic ꝙ illa efficaciter deteſtaꝛ ⁊ iſta
imutabiliter adheret. Scd̄ʒ hoc
igitur patet in qbus eſt uermis ⁊
quādo. nā deficiente cōcurſu qui
eſt per peccati ↄſciam nō eſt uer-
mis: ſicut in hereticis. ⁊ in his q
credūt peccando bn̄ feciſſe. Defi
ciente etiā obuiatōe nō eſt v̄mis.
vtpote in his q dolēt de culpa ſʒ
voluntatē ⁊ non tm̄ naturalē: ſed
etiā deliberatiuā. ut ſunt peniten
tes. Deficiēte etiā reſiſtentia nō eſt
uermis. utputa quando uolūtas
tanta delectatōe fertur in peccatū
ꝙ abſorbet motū uolūtatis natu
ralis ut nō ſentiat ⁊ ſic pʒ qua re
uermis deficiat. aut pp defectuʒ
putrefactōis i iuſtis. aut ↄcurſus
in cecis. aut obuiatiōis. in penitē
tibus uero aut reſiſtētie. ut in his
qui peccāt libidine. Et ex his pa-
tet ꝙ in dānatis uigebit uermis
q2 ibi erit peccati putrefactio ex h̄
ꝙ peccatū finaliter remāſit in aīa
eorum. Ibi erit concurſus ꝑpter
peccatorū apertiſſimā viſionem.
Ibi erit obuiatio ꝑpter uolunta
tis deliberatiue obſtinationē ⁊ ſin
dereſis remurmurationem. Ibi
erit reſiſtētia q2 delectatio peccati
erit ablata p penaꝝ acerbitateʒ. et
ex hoc ipſius ſindereſis actio erit
fortificata ⁊ ex hoc uermis mira-
biliter rodēs ⁊ puniēs. Itē idem
doc. di. xxxix. ii. q. iiii. in pnci. ait.
Quēadmodū ab ipſa creatiōe in
tellect9 habet lumē qd̄ eſt ſibi na-
turale indicatoriū dirigēs ipſum
intellectū in cognoſcēdis. ſic affe
ctus habet naturale quoddā pon
dus dirigēs ipſum in appetēdis.
Appetēda autē ſunt in duplici ge
nere. quedā eni ſunt i genere ho-
neſti quedā i genere ↄmodi: ſicut
⁊ cognoſcibilia ſunt i duplici ge-
nere. quedā i genere ſpectabiliū. ⁊
quedā ex pte moraliū. Et quēad
modū ↄſcia nō noīat illud indi-
catoriū niſi inquātum dirigit ad
opa moralia: ſic ſindereſis nō no
minat illd̄ pōdus volūtatis ſicut
voluntatē cū ipſo pōdere niſi in-
quātū hʒ illaʒ inclinare ad bonuʒ
honeſtū. Et ſicut nomē ↄſcie pōt
accipi pro potētia cū tali hitu uel
pro hitu talis potētie ſic etiaʒ ſin
dereſis. viſitato tn̄ modo loquen
di ſindereſis magis noīat poten
tiā habitualē q̄ʒ noīet habitū. Et
q2 iſta potētia nunq̄ʒ ſeparaꝛ ab il-
lo habitu. Hinc eſt ꝙ habit9 ⁊ po-
tentia uno noīe cōprehenduntꝛ et
potētia illa ut ſic hituata nomen
ſui hitus ſortiꝛ. ⁊ ita dicit id qd̄ ſti
mulat ad bonuʒ. ⁊ ita ſindereſis
noīat potentiā affectiuā ſʒ quod
mouetꝛ naturalr̄ ⁊ recte. Hinc eſt
ꝙ dicitꝛ ſup alias potētias volare
⁊ aliis errantib9 nō ſe imiſcere: ſʒ
eas corrigere. Hui9 aūt ſunt tres
act9 ut dicit li. iiii. q. peni. ¶ Un9
qdē qui eſt inſtigare ad bonuʒ. ⁊
iſte qdē ablatus eſt a dānatis: qa
nō amplius eſt loc9 benefaciendi.
¶ Secūdus eſt qui eſt retrahere a
malo faciendo. ⁊ iſte extinct9 eſt in

demonib⁹ vel dānatis ꝑpter ipro
bam maliciā voluntatis eorum.
¶ Terti⁹ qui ē remurmuratio cō
tra malū factū. z iste manet in eis
iusto dei iudicio tñ ꝺm actū istuz
in dānatis nō remurmurat ma-
lo culpe q: inhonestū. Sz q: ex h
puniẗ. vnde iste aliquo mō est ex
tinctus. Et q: demones nōdum
sentiūt acerbitatē penarū intense
ut dānati: ideo nō hñt ita remor-
sum. Sane pōt dici q̄ sinderesis
remurmurat malo facto q: inde
bitum. Ipsa eni cōfert culpaz ad
penā z ꝑpterea respicit honestuz
z nō cōmodū. Et iterū ipsa volū
tas deliberatiua detestaẗ malum
culpe ꝑpter penā. Nollet enim ip
sius peccasse vel fecisse. Unde hz
tot mala necesse pati vel saltē mal
let nunq̄ habuisse electionē q̄ eē
in tanta miseria z dolore. Uñ ad
istū actū sinderesis est dei instrm
flagellādū iniquos. Hec Bona.
Erit igiẗ remurmuratio in dam
natis ex quattuor.

¶ Primo ex peccatis cōmissis.
¶ Secūdo ex bonis omissis.
¶ Tertio ex bonorum fortune vi
li exercitio.
¶ Quarto ex bonoruz gratie fru
strato subsidio.

¶ Primo igiẗ erit remorsus con
sciētie. i. qui orieẗ ex ꝯsione ꝯsciē
tie ex peccatis cōmissis. i. ꝑp pec
cata supbie. auaricie. luxurie zc. q̄
cōmiserūt corde ore ac ope. O q̄
cōmiserūt plā peccata cogitando
loquēdo z operādo. Fiet autē iu
sto dei iudicio inqt Bona. q. vlt.
q̄ mali simul oia peccata memo
rentur vt de oibus ꝯtinue torque
anẗ. O paup pctōr cogita si po-
tes quātus dolor iste erit. Cēt nā
q̄ magn⁹ dolor si ex putrefactio-
ne tue carnis vermes orirētur et
ꝯtiue morsu crudelissimo te mō
derent. Certe maior erit dolor ex
peccatis cōmissis q̄ dānatus cō-
siderabit ꝑpetuo z sine cessatiōe:
De quo dolor dr̄ Sap. v. ut prius
dictū est. Uidētes zc. Interli. de
glīa ad penā se ꝑductos turbabū
tur timore horribili z mirabūtur
in subitatione insꝑate salutis ge
mentes pre angustia spūs dicen-
tes itra se pniaz agentes. Hi sunt
quos aliqñ habuim⁹ in derisuz z i
similitudinē iproperij nos isensa
ti vitā illoꝝ estimabam⁹ insaniā z
finez illoꝝ sine honore. quō ergo
cōputati sunt iter filios dei z iter
sanctos sors illoꝝ ē. Ergo erraui
mus a uia veritatis z iustitie lu-
men nō luxit nobis z sol itelligen
tie nō est ortus nobis. Hec dicent
dānati i die iudicij penitentes de
peccatis cōmissis z vidētes illos
saluari quos hic ꝯtēpserūt. sz vere
h pnia erit nimis tarda nec eis ꝓ-
derit, q: erūt extra statū merendi.
Hec pena debeẗ eis q hic peccata
sua nō voluerūt: nec de eis ꝯtriti
sunt nec ꝯfessi. z est simile de hac
pena ꝺmis sicut si qs existēs i car
cere ꝯsideraret mala q̄ fecit z do-
let se fecisse ꝑpter penaz carceris
quā patiẗ. Sic damnati ꝑpter pe

nas horribiles quas patienť vehe
mētiſſime dolebunt ⁊ ſe peccaſſe
triſtabunť. nec poterūt ſe auerte-
re ab illa ꝯſideratiōe. ¶ Sed q̄rit
Bona. q. penl. di. xlix. Utrū erūt
ibi tenebre ſpūales? Et r̄ndendo
dicit ꝙ ſicut eſt triplex actus lucis
corporalis manifeſtare: dirigere:
⁊ delectare. ſic i luce ſpūali ſi loq̄
mur quātū ad p̄mū actū. ſic dico
ꝙ nō oino extra lucē erūt. qꝛ aliq̄
erūt etiā manifeſta ſꝫ illa ſolū que
faciūt in cumulū pene. Et ꝯñter
ibidē dicit ꝙ recordatio aliquoꝝ
eſt ad meſticiā ⁊ dolorē ⁊ cōfuſio
nez. aliquoꝝ ad rōnis directiōez.
aliquoꝝ ad ꝯſolationē. ſcd̄az ⁊ ter
tiaz nō hn̄t damnati nec reſpectu
alioꝝ: qꝛ nō eis ē memoria dei uľ
vt cōmutanť ſiue recōuertanť ad
ipſuz. aut ut delectenť i ipſo vige
bit tñ in eis act⁹ memorie quātuz
ad p̄mū. ſ. deſolationē. qꝛ ſemper
hēbūt memoriā peccatoꝝ q̄ cōmi
ſerunt ⁊ dei quē offenderūt ut p̄ri⁹
dixi. Si loquamur quātū ad ſe-
cundū actū ſic dico ꝙ oino erunt
extra lucem qꝛ nō poterūt dirigi.
Erūt eni extra oēm viā ⁊ tp̄s ⁊ lo
cū bn̄ agēdi. Si quātū ad tertiū.
Sic dico ꝙ erūt extra lucez oino
qꝛ nihil cognoſcēt actu i quo dele
ctenť. Erūt eni oino abſorti a ma
gnitudine penaꝝ ita nō liceat eis
cogitare aliq̄ delectabilia. Et ita
qn̄ dicit ꝙ ſunt oino excecati ⁊ ex̄
deū. h̄ intelligiť q̄tū ad directio-
nem ⁊ delectationē. Nec habebūt
amorē boni honeſti ſed cōmodi.

Sic nec cogitabūt de bono hone
ſto ſed tm̄ cōmodo. vñ cognitio
nulla exibit in eis in actuz que ad
ipſorū nō faciat cruciatū vel p̄ ſe
vel per accñs. Sic igiť ex pecca-
tis cōmiſſis erit magn⁹ dolor ꝯti
nue corrodēs. ¶ Scd̄o erit ver-
mis ⁊ dolor vehemens ex bonis
omiſſis ⁊ maxie neceſſarijs ad ſa
lutē ut in xp̄ianis negligētia i no
ticia ⁊ obſuātia mādatoꝝ ⁊ i alijs
negligētia i noticia ⁊ obſeruātia
p̄miſſoꝝ. ſ. votoꝝ ⁊ alioꝝ que de
buerūt fieri. O dānati q̄ta bona
feceretis ſi poſſet redire ſꝫ vere q̄
diu fuiſtis in hoc mūdo noluiſtis
acqeſcere vitari nec adherere bo-
nitati: ideo nō eſt mirū ſi eſtis dā
nati. ¶ Exemplū hui⁹ legimus.
Duo fratres fuerūt quoꝝ vn⁹ fa-
tuus erat ⁊ alter ſapiēs qui ibant
p̄ viā. Cū autē veniſſent ad biuiū
vbi erāt due vie vna delectabilis
⁊ alia aſpera. fatu⁹ reſpiciēs viam
delectabilē dixit ſapiēti. Eamus
per iſtā viā. Sapiēs dixit ei. Fra
ter ⁊ ſi in iſta via p̄ quā uis ire ſit
delectabilis tñ i fine ducit ad ma
lū hoſpiciuz. vñ cōſulo ꝙ eamus
per viā iſtā. qꝛ lꝫ ſit aſpera: tñ in fi
ne ducet ad meli⁹ hoſpiciuz. Rñ-
dit fatu⁹. Uolo magis credē ocu
lis meis q̄ tibi de hijs que nō vi
des. Et poſuit ſe in illa via. qd̄ vi
dens ſapiēs ⁊ nolēs eū derelique-
re ſecutus eſt eū. Pergētes autez
inciderūt i latrones q eos diuidē
tes poſuerūt in diuerſis carcerib⁹.
Factū ē aūt ut rex terre illi⁹ faceret

oēs incarceratos educi corā se
die quadā ad iudicādū eos. Ue-
niētes aūt isti inter alios cū se ibi
viderēt dixit sapiēs regi. Dñe cō-
queror de isto fratre meo: cū enim
essemꝰ in via ⁊ ipse sit fatuꝰ ⁊ ego
reputatꝰ sim sapiēs nolebat mihi
credere ut iremꝰ per quādā viam
bonā quā eū docebam sȝ fecit me
ire per malam in quā incidimꝰ in
latrones vñ reus est mortis mee.
Fatuꝰ vero dixit regi. Dñe imo
ego cōqueror de eo: qꝛ cū sit sapi-
ens nō debuit me tā facile seq per
viā quā sciebat esse malā quod si
nō fecisset ego redissem retro ⁊ se
cutus eū fuissez ⁊ euasissez pericu
lum: vñ reꝰ est mortis mee. Hiis
auditis rex dedit sniaȝ dicēs. Tu
fatue noluisti sapiēti credere: ⁊ tu
sapiēs secutꝰ es fatuū ideo vterqȝ
suspēdemini. Sic erit in die iudi
cii vel in cōsumatiōe seculi cū exi
bunt anime de iferno vel aliis lo
cis ad recipiēdū corpora ⁊ iudicā
duȝ corā deo. Quia enim corpꝰ fa
tuū sequi noluit consiliū spūs. ⁊
spūs sapiens secutꝰ est corpus fa-
tuū; vtrūqȝ ꝯdēnabitur. ꝓp hoc
dicit Apoca. i. Eius snia gladiꝰ
ex vtraqȝ parte acutꝰ: qꝛ. s. perdet
corpus ⁊ animā. Et qꝛ hoc valde
timendū est. dicit Math. x. Illuȝ
timete qui pōt corpus ⁊ aiaȝ per
dere in gehēnā ignis. Erit igit in
dānatis dolor maximus: qꝛ fue-
rūt remissi ⁊ negligētes circa opa
sue salutis. Joh. viii. Qui icredu
lus est vbo dei ira dei manet sup

eū. Quātuȝ sint soliciti hoīes de
vita corporali satis patet ꝙ negli
gentes de sua salute etiaȝ patet.
imo dicūt ꝙ ea que predicamꝰ nō
sunt vera. Charissime nō credis
tu deo qui nō potest mētiri. Non
ne credis euāgeliū esse verbū dei
in quo fit mētio in pluribus locis
de inferno ⁊ penis eiꝰ. Tu bñ cre
dis de gaudiis paradisi. Quare.
Quia tu vis salutē tuā. sed remis
se qꝛ nō vis aliqualē penā ⁊ diligē
tiaȝ facere vt acquiras illā. O ꝙ-
tus dolor erit in dānatis cū scient
tātas penas incurrisse ex negligē
tia bñ agendi: ⁊ hoc erit eis maxi
ma pena continue remordens.
¶ Tertia pena siue remorsus cō
scientie erit ex bonorū fortune vili
exercitio siue abusu. O deus quō
vtunt imo abutunt hoīes bonis
terrenis que data sunt ad salutē ꝓ
curādā ⁊ ut mediū ⁊ occasio salu
tis quasi cūctis est notū. aliis re-
tinentibꝰ multa supflua nec pau-
peribus tpe necessitatis ministrā
tibus. aliis in edificiis: vestibus:
ludis: ⁊ aliis peccatis exponenti-
bus. O ꝙ grauiter dolebūt de oī
bus his peccatis. Sȝ vere hoīes
huiꝰ tpis adeo sunt insensati ꝙ so
luȝ de hiis rebus tpalibꝰ curant q̄
si imortales essent. Et ego dico ti
bi ꝙ tu morieris: experiētia te do
cet. Cur igit nō cogitas ꝓp quid
tibi data sunt hec terrena. ¶ Exē
plum recitat beatꝰ Gregorius de
quodā qui dedit calciamēta de q
bus opari solebat: de quo qdaȝ ꝓ

reuelationē vidit ꝙ ei domꝰ edifi-
caretur in celo. ſ ʒ eiꝰ ꝯſtructiones
ſolū die ſabbati opari videbātur.
qui Greg. eiuſdā viri vitam poſt
modū diligēter ingrens iuenit ꝙ
ipſe ex hijs que ſingulis diebꝰ la-
borabat quicqd ex victu ⁊ veſtitu
ſupeſſe potuiſſet die ſabati ad ec
cleſiam ꝑgens pauperibꝰ eroga-
bat. O auaricia auaricia quot ho
mines duces ad iſernū ſolus de
us nouit. Uñ diues ille Lu. xvi.
ſepultꝰ eſt in iſerno: cui dictū ē cū
peteret guttaʒ aq̄. Recordare qa
recepiſti bona in vita tua: lazarꝰ ꝟo
ſimiliter mala. nūc aūt hic ꝯſola
tur tu uero cruciaris. Hec pena
debet his q nolūt aduertere i vſu
licito ⁊ honeſto ⁊ vtili bonoꝝ tpa
lium a deo ſibi cōceſſorū. O deꝰ
ſi poſſent diuites huiꝰ mūdi dum
erūt in iſerno poſt reuerti ad ſuas
diuitias quomō modicū cor vel-
lent illis apponere. iuxta illō ps.
Diuitie ſi affluant. n. cor. ap. imo
diligētiſſime diſtribuere. O diui
tes diuites pēſate ꝟba iacobi. Ja.
i. Agite inqt iacobus diuites plo
rate, vlulātes in miſerijs vr̄is que
aduenient vobis. Diuitie vr̄e putre
facte ſunt ⁊ veſtimēta vr̄a a tine-
is comeſta ſunt. aurū ⁊ argentuʒ
vr̄m eruginauit: ⁊ erugo coruʒ in
teſtimoniū vobis erit. ⁊ māduca
bit carnes vr̄as ſicut ignis. The
ſaurizatis vobis irā. i. dānatiōeʒ.
Et māducabit nō ſolū carnes ſʒ
etiā aīas. i. nō cōdemnabimini ſo
luʒ in carne: ſed etiaʒ in aīa ꝓpter

veſtrarū auariciā. Et ſequit. Ec-
ce merces operarioꝝ qui meſſue
rūt regiones vr̄as que fraudata ē
a vobis clamat ⁊ clamor eoꝝ i au
res dn̄i ſabaoth introiuit. Epula
ti eſtis ſuper terram ⁊ in luxurijs
enutriuiſtis corda vr̄a. ¶ Quarta
pena ꝟmis erit remorſus ſiue do
lor et bonorum gratie ſubſtracto
ſubſidio Dona gr̄e ſunt duplicia.
qr quedā gratie gratis date ut eſt
ſcia. bonū ingeniū. ſanitas. eloq̄n
tia ⁊ multa talia. Alia ſunt bona
gr̄e gratuʒ facientis que dant in ſa
cramētis. Dolebūt igit dānati qr
nō vſi ſunt ad ſalutē his gratijs:
Ro. vi. Gr̄a dei vita eterna. Et
ps. Gratiā ⁊ gloriam dabit dn̄s.
Et maxime qui in ſacro baptiſmi
gr̄am cuʒ alijs virtutibꝰ, ⁊ maxie
fide ⁊ ſpe ſuſceperūt. O quātum
dolebūt qui adeo fuerūt diſpoſiti
ad ſalutē vt ſi illā cuſtodiſſent i ce
leſti gloria cuʒ alijs beatis poſiti
fuiſſent ⁊ ad celos aſcēdiſſent. nā
gratia facit hominē iuſtū. ad Ty
tuʒ. iij. Juſtificati gratia ipſiꝰ he
redes ſumus eterne vite. ſ. ſʒ ſpeʒ
Facit fructificare in diuerſis vir
tutibꝰ. Eccl. iiij. Gratia ſicut pa-
radiſus i bn̄dictionibꝰ. Per tria
precipue iuenit h gratia. Primū
eſt humilitas. Eccli. iij. Humilia
te in oībus ⁊ coram deo inuenies
gratiā. Et Jac. iiij. Deus ſupbis
re. hu. autē dat gratiā. Scōm eſt
māſuetudo. pueꝛ. vj. Manſuetis
dabit gratiā. Uñ moyſi qui erat
mitiſſimꝰ hoīm dicit. Ex. xxxiij.

Inuenisti gratiaȝ corã me ⁊ teip
sum noui ex noie. Tertiũ est liben
ter referre deo gratiarũ actiones
pro iam datis. Zach. xij.. Exeq̃-
bit gratiã gratie. Jo. i. de plenitu
dine eius oẽs accepim⁹ gratiaȝ ꝓ
gratia. Sunt ⁊ alia q̃ ad gratiam
impetrandã nõ modicũ sunt vti-
lia quorũ vnuȝ est ut homo sit pa
cificus. Unde hec duo sepe cõbi
narũt apl̃i gratia ⁊ pax Ro. v. pa
cem habem⁹ ad deum in ista grã.
Scdõȝ est ut homo sit bon⁹. Pro-
uerb. xij. Qui bonus est hauriet
gratiã a dño. Bonus anteȝ est ut
dicit Aristo. qui bene delectabili
bus ⁊ tristicijs vtitur qui sciꝫ nõ
effundit se nimis ad delectabilia
mũdi nec in tristib⁹ nimis animo
ruit. Eccli. Justus inueniet gra
tiam corã oculis dñi. Tertiuȝ est
vt homo sit verax. Prouerb. iij.
Ueritas te nõ deserat ⁊ inuenies
gratiã. Augmentat auteȝ gratia
dei in hoie per multa ⁊ spãliter ꝑ
prudentiã ⁊ discretionẽ Prouer.
iiij. Posside sapiam: acquire pru
dentiam ⁊ exaltabit te. dabit capi
ti tuo augmenta gratie. Ecõtra-
rio dicit Prouer. xx. gratie fatuo
rum effundent. Et ibidẽ. Fatuo
nõ erit amic⁹ ⁊ nõ erit gratia bo-
nis illius. Ephe. j. Gratia super-
abundauit in nobis in omni sa-
pientia ⁊ prudentia. secũdo auget
per obedientiã ⁊ obseruantiã mã
datoruȝ. Prouerb. iij. Custodi le
gem atq̧ cõsilium meũ ⁊ erit vi-
ta anime tue ⁊ gratia faucib⁹ tuis
glosa. Cum legẽ dei custodimus
faucibus aie gratia multiplicat.
Perditur autẽ gratia per quodli
bet pctm̃ mortale qd ẽ. ait Amb.
diuine legis trãsgressio ⁊ celestiũ
inobedientia mãdatorũ. q̃ȝ pauci
vero de hac gratia habẽda curent
deus nouit. Cum eni hoies habe
ant intellectũ ⁊ voluntatẽ ⁊ plura
alia media per que possent dei mi
sericordiã obtinere sup hijs tamẽ
aliquẽ laboreȝ apponere nolũt. O
deus quot sunt hoim subtilia in
genia in multis rebus mũdi. Ali
qui enim sunt subtiles in edifi-
cijs. Aliqui in picturis. Aliqui
in pãnoꝝ facturis: vt in tapetis.
Aliqui in sculpturis. Aliqui in
scripturis. Aliq in mercaturis.
⁊ breuiter non est ita parua ars ĩ
hoc mũdo in qua nõ sunt plures
subtilitates. nõ est ita simplex ve-
tula q̃ non habeat ⁊ sciat aliqua
specialia ad vitã corporaleȝ manu
tenendaȝ. Nõ aũt sciant narratio-
nes ⁊ friuolas ⁊ cõputationes no
tũ est: etiaȝ aliquãdo multa ma-
leficia ⁊ sortilegia. ⁊ breuiter i om
ni arte siue bona siue mala homi
nes mundi sunt experti valde plu
res sicut videmus. ẽt vnus puer
vel vna puella multas statim sci
et cantilenas: choreare: ludere: ⁊
alia multa facere q̃ plus sunt ad
dãnationem q̃ȝ ad salutẽ. sȝ pau
cissimi sciunt vitaȝ paradisi: aut
qũo gratiã dei acquirent: ⁊ sic do
na nature ⁊ gratie in ipsis nõ ha-
bent vsum principalẽ ad quẽ fa-

us celū ꝛ terrā ꝛc. ¶ Strabus ex-
ponit de celo empireo ꝛ hoc pro-
bat per lr̄am sequētem. qꝛ firma-
mentū ꝛ celū aqueū facta sunt se-
cundo die. Et Damascenus hoc
exponit. In pricipio creauit deus
celum. i. sine stellis sperice forme.
¶ Ponendū est etiam illud celuȝ
quia persuadet ratio finis triplex
vna est perfectio uniuersi. Alia ē
pp motuȝ firmamēti. ꝛ tertia pri

ēspālis propter habitationē hoīs beati: Et qm̄ finis īponit necessitatem hiis que sunt ad finē prop ter ꝑfectionē uniuersi, necesse est ipsum eē vniforme. qꝛ cū celuꝫ sit luminosum difforme si nō eēt vni forme nō eēt vniuersum ꝯpletum ꝑꝑ motū firmamēti ponēduꝫ est ipsum eē imobile ut motus mobi lis fiat circa imobile. s. cētrum et intra ꝯtinēs imobile. ¶ Tertio ꝓ pter habitationē hoīs beati ponē dū est celum empireū luminosita tis ꝑfecte ut habitatio congruat suo habitatori. Ex hiis ergo colli git q̄re sit factū ⁊ cuius sit dispo sitiōis inter alios celos. qꝛ vnifor me imobile ⁊ luminositatis perfe cte. Hec Bona. Ad ꝓpositū hu ius dr̄ in passionali sctōrū ⁊ festo ascēsiōis. In hoc igitur celo em pireo xp̄s residet ⁊ ē spālis ⁊ ꝓpria eius māsio ⁊ angeloꝝ ⁊ aliorum sanctorum. Et ꝯgruit hec habi tatio habitantibus. Illud. n. celū ceteros celos excellit dignitate. tēpore. situ. ⁊ ambitu. ⁊ iō ē ꝯueni ens habitatio xp̄i. qꝛ oēs celos ra tionales ⁊ intellectuales transcen dit dignitate. eternitate. situ imu tabilitatis. ⁊ ambitu ꝯtētis. Est ēt ꝯgrua habitatio sanctorū ange loꝝ ⁊ hoīuꝫ q fuerunt vniformes in oꝑatiōe. imobiles in dilectiōe ut luminosi in fide siue in cogni tione. Hec ibi. Rich. d me. vi. ii. dist. ii. ait. Hoc celū sanctis ange lis est repletum nō repletione oc cupationis. sed qꝛ oēs angeli ibi creati fuerūt. Sicut ciuitas dicit repleta hoīb9 qn̄ habitatores eius in sufficiēti ⁊ apto numero sunt. hec ille. Hec habitatio sctōruꝫ an geloꝝ ⁊ btōruꝫ dr̄ vt iā dictum ē celū empireuꝫ: paradisus: domū dei regnū: terra viuentiū ⁊ mul tis aliis noībus noiat. de quibus post dicet satis. De hoc celo dicit Baruch. iii. O isrl̄ q̄ magna ē domus dn̄i ⁊ ingēs locus posses sionis eius magnus ⁊ nō hꝫ finē excelsus ⁊ imēsus. O Rn̄i qs po terit ad hunc locū ꝑuenire. Quā tum gaudebit quantum exulta bit ⁊ letabit solus deus nouit. O deus meus quantuꝫ nos diligis qui nobis carnalibus ⁊ miseris peccatoribus tantum ⁊ tale pala cium ꝑparasti. Sctūs tho. iiii. li. cōtra gentiles. cap. lxxxvii. ait. qꝛ locus dꝫ ꝓporcionari locato con sequens est q cum corpora resur gentium proprietatem corporum celestium consequent etiam in ce lis locum habeant uel magis su per omnes celos vt simul cū xp̄o sint. cuius virtute ad hanc gloriā ꝑducent. De quo dicit Apoc. ad Ephe. iiii. Qui ascēdit sup om nes celos vt adipleret oia. ¶ Fri uolū āt uidet ꝯtra hāc diuinā ꝓ missionē ex nāli elemētoꝝ inclina tiōe argumētari q̄si īpossibile sit corpus hoīs cū sit terrenū ⁊ secū dum suā naturā infimū locū ha bēs super elementa leuia eleuari. Manifestū. n. est q ex virtute aīe ē q corp9 ab ipsa ꝑfectū īclinatio

nes elementoꝝ nõ sequatur. Ip
sa enim aĩa sua virtute ẽt nũc con
tinet corpus q̃diu viuimus ne ex
cõtrarietate elementoꝝ dissolua
tur ꝛ virtute ẽt aĩe motiue corp⁹
in altum eleuatur ꝛ tanto ampli⁹
q̃to virtus motiua fortior fuerit
Manifestum ẽ aũt ꝙ tũc aĩa pfe-
cte virtutis erit quando deo per
visionẽ coniungetur. Nõ igitur
dꝫ graue videri si tunc uirtutem
anime corpus ab oĩ corruptione
seruet imune. ꝛ supra quecunq̃
corpora eleuet. Nec ẽt huic ꝓmis
sioni diuine ꝛ possibilitatem as
sert ꝙ corpora celestia frangi non
possunt vt sup ea corpora glorio
sa subleuentur: quia a uirtute di-
uina hec fiet ut corpora glorio
sa sit cũ aliis corporibus esse pos
sunt cuius rei iudiciũ in corpore
xp̃i pcessit dñ ad discipulos ianu
is clausis intrauit. Hec. s. Tho.
De hoc ergo regno nobis ꝓmis-
so dr̃. Venite bñdicti pr̃is mei ꝛc̃.

Sed quia glia corporis erit ex redũdantia glorie ipsi⁹ anime
spãliter: iõ ꝓriter dicendum est de
gloria ipsius anime q̃ erit in decẽ

¶ Primo erit dĩ nr̃i clara cognitio
¶ Secũdũ eiusdẽq̃ꝫ tota dilectio
¶ Tertiũ ꝑpetua ac firma tẽtio
¶ Quartũ veꝝ gaudiũ ꝛ letitia.
¶ Quintũ oĩuꝫ reꝝ abundantia.
¶ Sextũ honor magn⁹ isupabil'.
¶ Septimũ aĩaꝝ decor mirabil'.
¶ Octauũ ꝯpleta pax itermiabil'.
¶ Nonũ satietas desiderabilis.
¶ Decimũ felicitas inuariabilis.

¶ Sed qd dixi. x. cũ dicat i fine li
bri de cõpendio veritatis theolo
gice quod tot ibi ꝛ tãta sint gau-
dia ꝙ omnes arismetrici huius
mundi nõ possent ea enumerare
oẽs geometrici nõ possent ea mẽ
surare. oẽs grãmatici dyaletici et
rethorici nõ possent ea sermoni-
bus explicare. qꝛ oculus non vi-
dit nec auris audiuit ꝛc̃. Dixi er-
go decẽ ad aliquam cõsolationeꝫ
nr̃am exhortationẽ ꝛ desiderium
inflãmandum vt sic virtuose hic
viuamus vt ibi ꝑuenire valeam⁹

¶ Ut ãt oñdit doctor sctũs in. iii.
contra gẽtiles. c. xxiiii. finis cuius
libet rei est in qd̃ terminat appeti
tus eius. Appetitus ãt cuiuslibet
rei terminat ad bonũ. Sic. n. phi
losophi diffiniunt bonũ. Qđ oĩa
appetunt. Finis igitur omnium
est bonum. Dicit ẽt. c. xxiiii. ꝙ co-
gnitio diuina finis vltimus ho-
minis est et cuiuslibet intellectua
lis sube. Joh. xvii. Hec ẽ vita eter
na vt cognoscant te solum veruꝫ
deum et quem misisti iesum chri
stum. Finis igitur intellectus et
bonum est verum ꝛ per ꝯñs vlti-
mus finis premiũ verũ. Est ergo
vltimus finis hominis cognosce
re deum. Hec ille. ¶ Petrus de
aquilia in. iiii. ait. Finis cuiusli-
bet rei habentis esse ab alio est du
plex scilicet finis cui⁹ ꝛ finis quo
Finis cuius et exterior est deside
rabile perfectum. sed finis interi-

oꝛ siue quo est operatio median-
te que coniungitur res ipsi prin-
cipio. Et quia beatitudo ꝯm om-
nes est finis rationalis creature.
ideo conformiter distinguit du-
plex beatitudo. s. vna interioꝛ for-
malis ⁊ cāta. s. vltima operatio ꝑ
fecta ad quā pōt beatificabilis na
tura atingere. Alia ē beatitudo ex
terioꝛ obiectiua ⁊ increata. s. vnus
deus ⁊ trinus. ⁊ ista vocat̃ beati-
tudo obiectus. qꝛ ex ista ī tali bea
to beatitudo causat̃. Secundum
ꝙ dicit. b. Augu. in libro de do-
ctrina xp̄iana. Res que nos bea-
tos faciūt sunt pater ⁊ filiꝰ ⁊ sp̄us
sc̄ūs. Beatitudo aūt formalis cō
sistit in coniunctiōe cum obiecto
nobilissimo. Hec ille. O quantuȝ
gaudium videre clare tā perfectis
simū obiectū. Cogita q̄tum gau
det hō videre rem pulcherrimā
quā multū desiderabat videre. sȝ
uere nihil est vel quasi nihil de vi
sione cuiuscūqȝ rei create quantū
cūqȝ pulchre ⁊ gaudio eius ī cō-
paratione ad illā visiōem siue in
tellectionem beataȝ. Hec āt visio
clara erit de quattuoꝛ. Nam.

¶ Primo videbūt deū in quē pri
us crediderunt.

¶ Secundo videbunt sanctos q
tanta bona meruerunt.

¶ Tertio videbunt peccata que
antea commiserunt.

¶ Quarto videbunt infernuȝ ꝙ
prudenter euaserunt.

¶ Primo igit̃ videbunt deuȝ ⁊c̄.
De qua visione ait beatus Aug.
in lib. de triplici habitaculo. Si-
cut enim ꝑ speculū vitreū trina
nobis visio ministrat̃. quia nosip
sos ⁊ speculū ⁊ quicq̄d est pꝛiꝰ vi
demus. Sic speculuȝ diuine cla
ritatis ⁊ ipsum deū videbimꝰ q̄-
tū possibile est creature: ⁊ nosmet
ipsos ⁊ ceteros vera ⁊ certa scien
tia cognoscemus. Tunc iustis
manifestū erit ꝙ vnus ex vno na-
tus sit alter ex duobꝰ pꝛocessit. ⁊
q̄uo pr̄ non pꝛecessit filiū tēpoꝛe ⁊
oꝛigine. nec sp̄um. s. q̄uo mūdus
erat in deo anteq̄ȝ in memetipso
esset mūdus. Tunc videbunt su
as aīas ⁊ virtutes ītimas ⁊ sp̄us
angelicos. Hec Aug. Albertus
magnus ī sacramētali. Tanta in
quit erit scia ꝙ pꝛeteritoꝝ p̄ntiuȝ
⁊ futuroꝝ nihil latebit ⁊ plus sci
et vetula quelibet in illa gloꝛia q̄ȝ
omnes clerici ⁊ philosophi scire
potuerūt in hac uita. i. Coꝛ. xiij.
Uidemus nunc per speculum in
enigmate: tunc aūt facie ad faciē
Nunc cognosco ex parte. tunc āt
cognoscam sicut et cognitus suȝ
Glo. Nunc enim imagines ueri
tatis per fidē videntur. tunc res
ipsa uel speculuȝ est aīa in cuius
aliquo modo deum cognoscimꝰ
sed in enigmate. i. obscure. tunc
autem uidebimus facie ad faciē
idest manifeste a simili vultu se in
tuentium. Est enim quedam ui
sio huius tēpoꝛis. Erit altera fu
turi. Ista per fidē. illa erit ꝑ speȝ
Et nunc non alij solum sed etiaȝ
ego cognosco ex parte. i. obscure

imperfecte. Tunc autem cogno
scam sicut ⁊ cognitus sum. id-
est uidebo promissa sicut video
a promittente. idest cognoscam
Deum sicut ⁊ ipse me cogno-
uit. O quam iocundum erit ha
bere claram noticiam tam perfe
ctissime nature. Nos enim ex-
perimur hic quod dum vide-
mus aliquem bonum clericum
et sapientem multum vellemus
habere scientiam illius. Et dici-
mus. Utinam talis posset mihi
dare scientiam suam dum morie
tur ⁊ ego superuiuam: Scientia
autem de deo clare nota maior
erit omni scientia hominis hu-
ius mundi. Unde beatus Au-
gusti. xxij. de ciuita. Deus ita no
bis erit conspicuus. vt videatur
spiritu a singulis nobis in singu
lis nobis uideatur. Ab altero in
altero videatur. a semetipso in se-
metipso videat. in nouo celo ⁊ no
ua terra. atq; in oī que tūc fuerit
creatura uideat. Hec ille. Et bre
uiter sicut intelligo vbiq; ⁊ i quo
cūq; videbit deus. sicut ⁊ nūc an
geli ubicunq; sint siue in celo siue
in terra vident deū. ⁊ ita boni la
tronis aīa in inferno vidit deum
clare ⁊ fuit beata. s; hec visio dici
tur paradisus dicēte xpo eidē. Lu
ca. xxiij. Hodie mecum eris in pa
radiso. In cōpēdio veritatis theo
logice dr. prima dos anime est co
gnitio: qua diuina essentia videbi
tur ab omnibus tota: sed nō tota-
liter, i. nō put ē infinita. Uidebit

tamen diuina essentia limpidius
ab vna quam ab alia. sicut idē
sol diuersimode a diuersis aspi
citur. vel eadem littera a diuer-
sis legitur: diuersimode secun-
dum quod oculus magis: uel
minus est dispositus. Nam in
quantum vna potentia magis
erit perfecta in lumine Glorie
quam altera. Tanto perfecti-
us operabitur circa vnum: et
idem subiectum. Uidebim⁹ ergo
deū in se ⁊ deū in nobis. ⁊ nos i
deo: ⁊ deum in creaturis. ⁊ crea-
turas in deo. Hec ibi. ¶ Notan-
dum tñ q essentiam vt infinitam
ostendit beatis vt in qua primo ⁊
pricipaliter ɔsistit beatitudo: crea
tura āt vr in ipsa nō nisi ex ɔñti et
comitant. Unde Augusti. v. con
fessionū. Qui videt ⁊ nō illa bea-
tus est. q videt alia ⁊ nō te non p
pter hoc beat⁹. qui videt te ⁊ illa
non pter hoc beatior: sed pter
te solū beatus. Et videtur aliqui
bus quod intellect⁹ creatus pos-
sit proficere in cognitorum mul-
titudine circa creaturas visas in
essentia diuina absq; profect⁹ eius
in cognitionem essentie diuine.
quia per cognitionem illarum i
diuina essentia non augmētatur
essentialis beatitudo nec per illo-
rum subtractionem diminuitur.
tamen aliquis modus beatitudi
nis consistit in creaturis. Unde
Augusti. Non cognitis ydeis ne
mo sapiens potest esse. ¶ Nota eti
am q deus illabitur ipsis beatis

secundum familiarissimam inti-
mitatem. Illapsus tamē dei du-
plex est. vnus essentie dei in essen
tia anime. ⁊ hoc illapsu cōseruat
eam inesse: ⁊ sic illabit̄ omni crea
ture intimādo se essentie illius in
quantum deus intimior est cuili-
bet creature ꝙ̄ ipsa sibi. Sic au-
tem non beatificat. quia sic om-
nis creatura esset beata. Alius il
lapsus dei est vt obiecti in bene es
se animas perficientis ⁊ ex ista in
timitate nihil apparet nisi quasi
deus. Sicut ferrū cadens ī igne
lucet ⁊ ardet ut ignis: sic ꝙ nō ap
paret aliud esse ꝙ̄ ignis ⁊ hoc est
ex penetratione ignis in ferrum.
Illabitur ergo deus in potentiā
intellectiuam et ipsam purgan-
do amplius illuminat ut videat
clarius. Et hec sunt mira ⁊ intel
lectu difficilia pro statu isto. Hec
autem visio beata succedit fidei p
quam meremur ad hanc claram
visionem peruenire. In libro de
virtutibus. Ex fide cum fidei re
ctitudine quasi ex perfecta argu
mentatione vita eterna infertur.
Ex fide cum vite prauitate mors
eterna concluditur. Et Bernar
dus in sermone de vigilia domi-
ni. Illuminemus nobis lumen
scientie priusquam de huius mū
di tenebris ne de tenebris tran-
seamus ad tenebras sempiter-
nas. Que est autem ista scien
tia. Profecto scire: quia veniet
dominus noster. Et sic quādo ve
niet scire non possumus. at si qs
ista scientia est omnium. Quis
enim nesciat vel nomine tenus fi
delis quia venturus est iudicare
viuos ⁊ mortuos ⁊ reddere vni-
cuique iuxta opera sua. Sed
vere non omnium ista est sed nec
multorum. Paucorum est. quia
reuera pauci sunt qui saluantur.
Putas quia cum illi qui male fe
cerint exultant ⁊ letātur in rebus
pessimis vt sciant vel recogitent.
quia veniet dominus deus no-
ster. Si dixerint ipsi tu noli cre-
dere quia qui dicit se nosse deum
⁊ mandata eius non custodit mē
dax est. Non eniꝫ ita se omni im
puritate polluerent si dominum
nostrum iesum christum ventu-
rum fore scirent: sed formidarent
⁊ vigilarent vtique nec sineret taꝫ
grauiter perfodi domum seu cō
scientias suas. ¶ Scientia auteꝫ
illa in primo gradu operatur pe-
nitudinem ⁊ dolorem. ⁊ risum in
luctum cantum in planctum et
gaudium in merorem conuertit
vt incipiant tibi displicere que ve
hementer ante placuerant. ⁊ illa
specialiter horreas que speciali-
ter appetebas. ¶ In secundo ve
ro gradu operatur correctionem
ut iaꝫ non exhibeas membra tua
arma iniquitatis peccato: sed co-
herceas gulam iugulis luxurias
superbiam deprimas. ⁊ facias ser
uire sanctitati corpus quod an
te seruierat iniquitati. Peni-
tudo enim sine correctione non
prodest. Qui enim baptizatur

a mortuo ⁊ iterum tangit eum ni
hil proficit lauatio eius. sed hec
diutius hēri nō possunt nisi circa
se multa circūspectiōe mens no-
stra indefessa vigilet ⁊ attendat.
¶ In tertio gradu operatˀ sollici-
tudinē vt iaʒ incipiat sollicitꝰ am
bulare cū deo suo ⁊ ex oī pte scru
tetur ne vel in leuissima re tremē
de illius maiestatis offendat aspe
ctus. In plenitudine autem at
tenditur in correctione ardet. in
sollicitudine lucet ⁊ interius ⁊
exterius renouatur. Hic iam re-
spirare incipit a tribulatiōe malo
ruʒ ⁊ dolore ⁊ timoris magnitu
dinē spūali leticia tēperare ne suo
rum enormitate scelerū habūdā-
tiori tristitia absorbeatˀ. Hic ⁊ si ti-
met iudicē sperat in saluatore cuʒ
iam in aīo timor ⁊ leticia obequi
tent ⁊ obuient sibi. Plerunqʒ ti-
mor leticiam superet. Leticia se-
pe timoreʒ excludat. Et infra sui
gaudii archanū felix ꝯscia in lu-
ctamine hmōi idesinēter ꝯficitur
donec ꝙ mortale ē absorbeatur a
vita donec euacuetˀ timor q est ex
parte ⁊ succedat leticia qđ perfe-
ctuʒ ē. qꝛ non timor sempiternus
sed leticia sempiterna erit. Hec il
le. ¶ Hec ē igitˀ fides cui succedit
visio clara. De hac ē articulus di
cens. Credo vitā eternā. Ideo q
habet fidē de vita eterna sollicitꝰ
dʒ esse qūo illi ꝓuideat. Si cum
tanta sollicitudīe ꝓuidetˀ huic mi
sere vite de qua nemo certus est
per diem, quāta sollicitudo dʒ eē
prouidendi illi vite de qua certus
est ꝙ erit eterna. ¶ Etsi dicatur ꝙ
vnus ē interitus hoīs ⁊ iumētoꝝ.
Eccl'ia. iii. Dicēdū est sicut Gre-
go. dicit. ꝙ Salomō in illo libro
diuersas ꝑsonas in se suscepit. et
qñ dicit ꝙ mens iperita sentit. vt
in uerbo proposito. qñqʒ vero ꝙ
rō bene disposita decernit vt eius
dem. c. Quid habet amplius stul
tus sapiēs nisi vt pergat illuc vbi
est uita. Et eiusdē. q. Corda filio-
rum hoīuʒ implentˀ malicia ⁊ cō
temptu i uita. c. ⁊ post hec ad infe
ros deducentur. ¶ Et si dicatur
iterū illud apl'i. i. ad Thy. vi. ubi
dicitur de deo q solus hʒ imorta
litatē. Rñdeo ꝙ ibi imortalitas ꝓ
imutabilitate accipitˀ quā non ha
bet creatura ꝑ naturā ⁊c. ¶ Pri-
mum igitur premiū beatorū erit
diuine essentie clara uisio. que vi
sio clara visione obscura acqritur
qꝛ scriptū est in ps. In lumīe tuo
videbimus lumen. ¶ Secunda
visio siue cognotio erit illius sa-
cratissime uirgis matris dei ma
rie: tot milium angelorum sancto
rum ⁊ sanctarum. O quis posset
pensare illius socie tatis pulchri-
tudinem decorem ⁊ ornatum.
Sta ⁊ demorare in hac cogitatio
ne. Nec hic loquor de uisiōe cor
porali sed intellectuali que nobili
or erit multo visione illa corpora
li de qua dicetˀ infra. Si pulchrū
est uidere regem aut reginam in
decore suo: ꝙ pulchrius erit uide
re illam reginam celi in gloria ce

ll. de qua propheta ait xpo. Astitit regina a dextris tuis in uestitu daurato circūdata varietate idest charitate illa qua diligit a deo et deū diligit ꝛ alijs virtutibus uidebit ꝙ ipsa sit mater dei et quō filium dei cōcipere meruit. peperit manens virgo. lactauit. nutriuit ꝛ portauit: ac in passione asso ciauit. quō per eā mundus redēptus ē. ꝛ angelica ruina reparata ꝗtus honor illi a deo ab omnibus angelis ꝛ sanctis exhibet co gitet q̄ pt. Uidebit quō sit exaltata sup oēs choros angelorū ꝛ breuiter tot ꝛ tāta mirabilia de ea cognoscentur ꝙ mortalis pēsare nō posset imo etiam omnes ordines angelorū cū admiratione ipsam cognoscent ꝛ videbunt. Uidebit etiam quilibet beatus noueȝ ordines angeloꝝ de quibus dicitur. Dan. vij. Milia milium ministrabant ei: ꝛ decies centena milia assistebant ei. Ubi ait Nico. de lyra. Notandum ꝙ hic ponit numerus determinatus ꝑ indeterminato. quia angeli sunt in maximo numero nobis indeterminato. Quantū igit mirabile videre tot angelos? Si regia sabba ut dicitur. iij. Reg. x. uidens sapientiam salomonis ꝛ ordinem ministrantium vestesq̄ȝ eorum ꝛc. non habebat vltra spiritum ut diceret ad regem uerus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis ꝛ sapientia tua ꝛ non credebam narrantibus mihi do-

nec ipsa vidi oculis meis. quanto magis debemus credere eē mirabilius uidere illius regis regū ordinem sibi assistentium angelorum. Quanta est comparatio salomōis ꝛ sue domus ad domuȝ regis eterni? Certe quasi nullaꝫ imo nec proprie possumus capere donec uideamus illiꝰ domus eterne pulchritudinē. quid dicam de uisiōe tot sanctoꝝ ꝛ sanctaruȝ de quibus Apoc. vij. Audiui numerū signatoꝝ centum quadraginta quattuor milia ex oī tribu filiorum isrl'. Ex tribu iuda ꝛc. Et sequitur. Post hec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gētibus ꝛ tribubus ꝛ populis ꝛ linguis stantes ante thronum in cōspectu agni amicti stolis albis et palme in manibus eorum. Unde hic ponit numeꝝ electorum de iudeis ꝛ postea d̄ gētilibꝰ. ibi. pꝰ h̄ uidi. ꝛ q: pauciores fuert electi d̄ iudeis: ideo ponitur certus numerus ꝛ finitus scilicet. cxliiij. de gētilibus vero ponitur numerus infinitus. tamen per hunc numerum secundum vnam glosam intelligitur numerus omnium electorum quia est certus ꝛ finitus deo. Post ea ponitur incertꝰ numerus eorundem quia nobis est incertus. Item abbas Joachim dicit. c. propter promissam beatitudinem. In eo enim transitur a leua ad dexteram. xl. propter decalogi impletionem ꝛ euangelice

sacramenti significationem .iiii. propter uirtutum exercitationem millenarius propter omnimodā perfectionem. Unde mille est nomen vltimum in numeris nec est vltra proprium nomen nisi sumptum ex prioribus numeris. Uidere ergo tot sanctos valde gloriosum est. Fugiamus malas societates ne tam grata satietate priuemur: transeamus cum regina sabba ab hijs terrenis ad contemplandam illam celestem iherusalem dicente Aug. in enchiridion Si consideraremus fratres charissimi que ꝛ quanta sunt que nobis promittuntur in celis vilescerent animo omnia que habentur in terris. Et sequitur. Que autē lingua vel quis intellectus capere sufficit illa superne ciuitatis quanta sint gaudia: angelorum choris interesse: cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere presentem dei vultum cernere: incircumscriptum lumen videre nullo mortis metu affici incorruptionis munere letari. Hec ille. Consideret igitur quis tante societatis iocunditatem leticiam ꝛ gaudium. Si pulchra societas huius mundi bonorum virorum gaudentium ꝛ letantium letificat aliquem secundum illud apostoli. Gaudere cum gaudentibus. Roma. duodecim. Quanto magis visio tante societatis .s. totan gelorum sanctorum ꝛ sanctarum erit gloriosa. Solus deus ꝛ hij q hac leticia perfruuntur tantum nouerunt gaudium. De hac autem visione beatifica loquitur beatus Aug. in libro de triplici habitaculo dicens. In hac visione trina scientia pascitur homo. Sicut enim per speculum vitreum trina nobis visio ministratur: quia nosipsos ꝛ speculum ꝛ quicquid presens est videmus. Sic per speculum diem claritatis ꝛ ipsū deum videbimus quantum possibile est creature ꝛ nosipsos ꝛ ceteros vera ꝛ certa scientia cognoscemus. Tunc abdita creaturarum ꝛ inferni videndo deum videbimus: tunc iustis manifestum erit quomodo deus est immobilis nisi per gratiam supple incomparabilis ꝛ sine fine ante omnia gequid interest inter nasci quod ad filium pertinet: ꝛ procedere quod ad spiritumsanctum: excepto ꝙ vnus ex alio natus sit. alter a duobus processit. ꝛ quomodo pater non precessit filium tempore: sed origene: nec spiritum sanctum. Hec Augustinus. Sed dixi tertio ꝙ beati videbunt peccata que ante commiserunt. ¶ Sed diceret quis: quomodo hoc erit verum cum peccata eorum sint per contritionem ꝛ confessionem deleta ipso deo specialiter indulgente ꝛ illa remittente: sicut orauit propheta dicens. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Si sint ergo deleta quomodo videbuntur: ꝛ a

quo videbuntur. hoc est quod ait
Anselmus libro de similitudini-
bus di. Quid est hoc peccata que
feci scient omnes. Ad hoc ea con
fessus sum vt delerentur vt nulli
amplius panderentur. Et respon
det sub hiis verbis. Cum tu in il
la gloria ab omni criminum sor-
de purgatus vultui dei presens
astiteris. ingratus ne ei poteris
esse pro tanta misericordia quam
tibi fecit remissis illis delictis. nō
inquies. Et vnde gratias ages si
nihil eorum vnde iure gratias il-
las debeas in tua memoria habes
vt igitur in illis laudibus eterna
liter iocunderis. semper de quan
ta miseria sis erutus vt puto co-
ronam idest gaudium habebis.
Cum ergo singulorum conscien
tie singulis pateant confiteri au-
deo: ea quoq; peccata cunctis al
terorum patere pro quorum cura
tione tu deo gratiosus existes assi
due, non ad tuam confusionem:
sed ad magnam dei misericordi-
am: cuiusq; glorificationem: tu-
amq; congratulationem. Non
enim pro peccatis maior cordis
angustia premet: scelerum tuoruz
magis pudebit q̄. aliquem ma-
gis olim vulneribus saucium:
iamq; ab omni parte sanatū abo-
liti languoris molestia premit.
Cum integra sanitas: perfecta
mundicia: plena remissio: secura
omnium offensionum impuni-
tas; tibi certo attulerit cognitio
vel recordatio peccatorum tuorū
i nullo tibi magis horrori vel ꝯfu
sioni valebit q̄ est modo beato
Petro apostolorum principi ab-
iuratio sua contra christum ne-
gauit. beate marie magdalene
peccata sua: ⁊ multis aliis quibꝰ
multa sunt donata crimina. vn-
de super hoc agnitis delictis ve-
lut enormi ac feda īfirmitate pie
tas virtus sapientia medici qui
te sanauit sublimius a cunctis ad
mirabitur laudabitur ⁊ magnifi
cabitur. Laus autem ⁊ magnifi-
centia glorie dei si bene aduertis
tua gloria est. Hec Anselmus.
Hoc quippe est quod ait aposto-
lus Ro. vi. Scimus quoniaz di
ligentibus deum omnia coope.
in bonum hiis que secundum p̄
positum vocati sunt sancti. secun
dum propositum. idest secunduz
dei predestinationem vocati sunt
sancti. vnde glo. interli. Scimus
hoc quoniam di. deum idest man
data dei seruantibus omnia pro-
spera siue aduersa siue etiam pre-
terita peccata conuertuntur in bo
num. idest in eternam beatitudi-
nem vt per excellentiam dictum
sit quasi bonum bonorum. Et si
de peccatis remissis a deo sit glo
ria ⁊ iocunditas quid erit de me-
ritis: vtique beatus gaudebit se
virtuose vixisse: ⁊ carnis mun-
di et demonis temptationes
superasse ⁊ forte maius erit
gaudium se bona fecisse quam
mala euasisse: ⁊ ratio esse po
test, quia ex bonis meritis acqui

ris gloriam illā sempiternā: sicut
ex peccato mortali acqris damna
tionem eternā: ꝛ q̄nto plura meri
ta feceris tāto amplius p̄miaberis
dicente xp̄o Joh. xiiij. In do
mo patris mei mansiones multe
sunt. Domꝰ patris ait Nycolaus
de lyra h̄ vocatur glīa celestis in
qua sūt multi gradus ꝛ distincti
ones qꝛ q̄uis sit idē obiectū bti-
tudinis nullā diuersitatē hn̄s: tn̄
ex parte btōꝝ est diuersitas in pci
piendo illud obiectū sm̄ varieta
tem meritoꝝ: qꝛ aliq vidēt clariꝰ
ꝛ fruunt̄ sm̄ maioritatē habitus
charitatis q facit aīam capacē bti
tudinis. Hec ille. Et reuera si hu
ius glorie magnū haberemus de
siderium conaremur ad opa vir-
tutis ꝛ meritoria: sicut sancti qui
tantis desiderijs conati sūt hanc
gloriā acquirere ieiunijs: vigilijs
orōnibus: ꝛ alijs opibus charita
tis. Et vere multū diligenter pro
hac gloria habenda laborare nos
oꝫ attenta solutione xp̄i Luc. xiii.
facta cuidā ab eodē christo querē
ti. Dn̄e si pauci sunt q saluantur.
Jesus aūt dixit. Contendite in-
trare p angustam portā: qꝛ multi
dico vobis querūt intrare ꝛ nō po
terunt. Vn̄ Nico. de lyra sup hūc
textum dicit: q̄ in penitentibus ē
triplex difficultas ad opa virtutū
Vna est ex corruptiōe nature per
pctm̄ primoꝝ parentuꝫ ex qua tā
ta est in humana natura pmittas
ad malū: ꝛ difficultas ad bonum
sm̄ quod dicitur Gene. viij. sen-
sus ꝛ cogitatio humani cordis p
na sunt ad malū ab adolescentia
sua. ¶ Scd̄a diff cultas est in plu
ribus: qꝛ ex peccatis preteritis ca
usatus est in ipsis peccantibus q
dam habitus: vel saltem disposi-
tio inclinans ad peccata similia.
¶ Tertia ex difficultate opis vir-
tuosi: qꝛ virtus est circa bonuꝫ ꝛ
difficile: ꝛ iō modus penitēdi ad
h̄ q̄ sit efficax debet cū magno co
natu fieri. Hec ille. Et hoc est qd̄
dicitur a xp̄o. Contendite intrare
per angustā portā. Et p hoc ēt sol
uitur questio ꝓposita de paucita
te saluandorū. nam pauci respecti
ue inueniuntur ita feruide penitē
tes q̄ non impediantur pp dcās
difficultates: iō subditur. Multi
querunt intrare ꝛ non poterunt ꝛ
isti sunt tepidi p̄dictis difficilibus
impediti. Quapropter ait Petrꝰ
ij. ca. c. ij. Fratres magis satagi-
te vt p bona opa certam vr̄am vo
cationem ꝛ electionē faciatis. Nā
q̄nto plura bona feceritis maius
gaudiū recipietis. Ex cogitatiōe
igitur ꝛ recordatione pctōrum p
dei misericordiā indultoꝝ ꝛ opeꝝ
bonoꝝ sancti dei gaudebunt: ꝛ h̄
erit tertiū. ¶ Quarto beati vide
bunt infernū ꝛ penas damnatoꝝ
quas prudenter euaserunt. Vnde
Richar. in quarto di. l. iij. q. ter-
tij principalis dicit. Sancti mul
to perfectius vident penam dam
natoꝝ q̄ȝ damnati cognoscāt glo
riam eoꝝ: qꝛ beati penam damna
toꝝ vident in verbo ꝛ clare in ge

nere proprie speculando eo ꝙ ta-
lis visio est ad aliquam gloriā acci
dentalem coꝝ: q̄ꝛ in videndo dei
iusticiam delectantur. iuxta illud
prophete. Letabitur iustus cū vi
derit vin. ma. s. laua. in san. pec. ⁊
illoꝝ penam in cōparatione ad su
am gloriam ꝯsiderantes deo gra
tias vberiores agent: nec eis com
patiuntur: nec compassione que
est passio: q̄ꝛ talis non est sine ali-
qua pena: nec compassione qui ē
motus electiuꝰ quo quis vult ali
um a miseria liberari: quia bea-
ti nihil volūt ꝯtriū huic ꝙ vident
deū absolute velle vidēt ā vel le sim
pliciter damnatos in sua pena ꝑ-
petua remanere. Hec ille. Et hoc
est quod dicit magister eadeꝫ di.
Sicut inquit sancti tradūt ⁊ bo
ni malos ⁊ mali bonos vidēt vsqꝫ
ad iudicium. post iudicium vero
boni videbunt malos: sed nō ma
li bonos. Unde Greg. Infideles
in ymo positi ante diem iudicii fi
deles super se in requie attendūt
quoꝝ gaudia post contemplari ñ
possunt. hec ille. De hac aūt visio
ne beatoꝝ respectu damnatoꝝ lo
quitur magister. c. vl. di. l. ¶ Po
stremo inquit queritur: an visa pe
na reproboꝝ decoloret gloriā bea
torum an beatitudinem coꝝ perfi
ciat. De hoc ita ait Grego. Apud
animum iustoꝝ non fuscat beatitudi
nem aspecta pena reproboꝝ: quia
ibi iam compassio miserie nō erit
beatoꝝ minuere leticiam non va-
lebit. Et licet iustis sua gaudia
sufficiant ad maiorem gloriam vi
debunt penas maloruꝫ quas per
gratiam euaserunt: q̄ꝛ qui dei cla
ritatem vident nihil in creatura
agitur quod videre non possint.
Non est aūt mirandum si sancti
iam immortales reprobos vide-
ant mentis intelligentia cum ꝑ-
phete adhuc mortales videre h̄
omnia meruerunt. Egredientur
enim electi non loco. sed intelligē
tia vel visione manifesta ad viden
dum impiorum cruciatus quos
videntes dolore non afficient. sed
leticia satiabuntur agentes grati
as de sua liberatione visa impio-
rum ineffabili calamitate. Unde
Isa. impiorum tormenta descri-
bens: ⁊ ex eorum visione leticiam
bonorum exprimens ait. Egredi
entur electi ⁊ videbunt cadauera
viuorum qui preuaricati sunt in
me ⁊ erunt vsqꝫ ad satietatem vi-
sionis omni carni. i. electis. Hec
magister. Quale autem ⁊ quan-
tum erit istud gaudium in cogi
tatione tot ⁊ tantarum penarum
licet tamen sit gaudium acciden-
tale cogitet qui potest.

s Ecunda glīa ani-
me erit dei tota. i. per-
fecta dilectio. Tunc
enim illud preceptum. Diliges
do. de. t. ex. t. c. t. ⁊ ex to. a. t. ⁊ in
to. vi. t. implebitur quod ponitur
Mat. xxii. ⁊ Mar. xii. dicitur ex. t.
c. t. ⁊ ex. t. a. t. ⁊ ex to. m. t. ⁊ ex to.
vi. t. Et Deute. vi dicitur. diliges

do.d.t.ex.t.c.t.⁊.ex.t.a.t.⁊ ex.to.
for.t. Et Lu.x.idem habetur sub
aliis verbis cum dicitur. Diligēs
do.d.t.ex to.c.t.⁊ ex.t.a.t.⁊ ex.o.
vi.t.⁊ ex.o.m.t.qꝛ mens ibi fertur
in deum totaliter ⁊ perfecte quan
tum est sibi possibile ⁊ sine aliqua
interruptione ⁊ hoc modo intelli
gendo hoc preceptum dicit Au.
ꝙ mandatum charitatis solum i
plebitur in prima vbi erit caritas
perfecta Magister di.xxvii.tertii
ait. Dilectionis autem modus in
sinuatur cum dicitur ex.t.c.t. id
est ex toto intellectu.ex.t.a.i.ex to
ta voluntate.⁊ ex.t.m.idest ex me
moria: vt omnes cogitationes ⁊
omnem vitam ⁊ omnem intelle-
ctum in illum conferas a quo ha
bes ea que fers. illud autem pre-
ceptum non impletur ab homi-
ne in hac vita mortali. ¶ Sed cur
precipitur homini ista perfectio
cum in hac vita nemo eam habe
at. Respondit Aug. qꝛ non recte
curritur si quo currendum est ne
sciat. N. de lyra: dicit sup Math.
ꝙ quattuor sunt de ratione huius
precepti.s. diligere deum ex toto
corde ⁊ ex tota mente ⁊ ex.t.a.⁊ ex
to.for. Cuius ratio est: quia dilige
re est actus voluntatis. Duplex
autem est actus voluntatis. vnus
est elicitus ⁊ alter imperatus. ac
tus autem elicitus est qui imme-
diate egreditur ab ipsa voluntate
⁊ iste tangitur cum dicitur. Dili-
ges ⁊c.ex.t.c.t.idest ex tota volun
tate: qꝛ sicut ex corde oritur mot⁹
ad alias partes corporis ita volū-
tas mouet potētias anime. Act⁹
autem imperatus voluntatis est
actus alterius potentie mote ad
suum actum per ipsam volunta-
tem. vnde sequitur. Et.t.mente
Mens enim accipitur ibi pro ipso
intellectu qui semper deum clare
videbit. Per voluntatem etiam
mouetur appetitus sensitiuus vt
conformetur superiori ⁊ iste actus
nominatur cum dicitur: ⁊ ex.t.a.
Per animam intelligitur pars
sensitiua secundum quod dicitur
Gen.i. Factus est homo in aiam
viuentem. idest vitam animalem
⁊ sensibilem. Item per volunta-
tem mouentur potentie executiue
ad operandum ex dilectione ⁊ h
notatur cum subditur.ex.t.for.t.
vel ex.o.vi.t. quod idem est. Hec
ille. Hec omnia complebuntur in
beatis ⁊ in illa felicitate eterna vbi
videbimus deum sine fine ama-
bimus sine interruptione. lauda-
bimus sine cessatione. Tunc enī
amor dei possidebit totum cor: ⁊
ſm ꝙ communiter dicitur a mul
tis in clara visione ⁊ perfecta dile
ctione siue fruitione consistit bea-
titudo. ¶ Sed de beatitudine co-
muniter fit talis distinctio. quia
vno modo dicitur felicitas siue
beatitudo vt illud quo formaliter
intrinsece quis dicitur beatus.
¶ Alio modo prout est illud quo
tanq̄ a causa intrinseca immedia
te causatur iam dicta beatitudo
formalis ⁊ intrinsece perficiens ip

sum beatū. ¶ Primo mō appella
tur beatitudo formalis eo q͂ sit ali
qua pfectio inherens ipsi beato.
¶ Secdo mō appellatur beatitu-
do finalis eo q͂ sit vltim⁹ finis oī
um. s. ipse deus. ¶ Prima istaruꝫ
beatitudinum dr̄ btitudo creata.
¶ Secda dr̄ increata: q2 ipsa ē crea
trix essentia. Utraqꝫ istaꝝ beatitu
dinum replet ⁊ quietat ipsius bti
oē desideriuꝫ: aliter tñ ⁊ aliter: q2
prima replet formaliter: ⁊ iō qñqꝫ
appellat͛ finis intrinsecus q dicit͛
finis quo. Secūda replet ⁊ q̄etat
finaliter ⁊ effectiue ⁊ iō dicitur fi
nis extrinsecus seu finis in quo.
quē alloquens Aug. in ii. ꝯfessio
num ait. Q2 fecisti nos ad te inq̄e
tum est cor meū donec requiescat i
te. Hec āt beatitudo creata vt di-
cunt qdā principalius est in actu
volūtatis q̄ꝫ intellect⁹. ⁊ rō est q2
sicut inter habit⁹ vie charitas est
donū principali⁹ ꝫm Aug. xv. de
ciuitate. Et ꝫm aplm. i. Cor. xiii
ita inter habitus prime charitas
prie est donū principali⁹. sed in pri
ma nobilior habit⁹ siue nobilior
virt⁹ hꝫ nobiliorē actū. ergo perse
cte deū diligere q est actus chari
tatis patrie ē nobilissimus actus
aie. Cū ergo in nobilissimo actu
principalius ꝯsistat btitudo: ⁊ di
ligere sit act⁹ volūtatis principali
us ꝯsistit i actu volūtatis q̄ꝫ intel
lectus. Et q̄ꝫuis volūtas nō pos-
sit exire in aliquē actū sine actu in
tellectus. nō tñ seqtur pp hoc q͂ i
tellectus sit nobilior: q2 licet act⁹

voluntatis indigeat actu intelle-
ctus q̄ꝫtum ad sui initium. indi-
get tñ intellectus actu voluntatis
q̄ꝫtum ad sui complemētum. In
dilectione autem patrie quattuor
erunt gradus.
¶ Nam primo deus vere diliget
tamq̄ꝫ summa bonitas.
¶ Secundo in se quisqꝫ reflectet
ex amore proprio.
¶ Tertio proximuꝫ prosequetur
felicium charitas.
¶ Quarto corpus suum comple
ctetur spiritus absqꝫ vicio.
¶ Primo ergo deus vere diliget
⁊c. Uñ in prima regnabit ordo
charitatis q est in via p compara-
tionem hoīs ad deū. Unde sicut
deus nūc est sup oīa diligendus
⁊ illud bonū quod est deus maio
ri affectu ex charitate homo debꝫ
velle ipsi deo q̄ꝫ sibi: ita ēt erit in
patria. Et ratio est: quia quantuꝫ
res habet de bonitate tantum ha
bet de diligibilitate. sed bonitas
dei transcendit bonitatem creatu
re in infinitum ergo est plus quā
tota creatura diligendus nec est
aliqua bonitas maior ea ad quaꝫ
sua bonitas possit referri. ergo est
propter se diligendus. Talis er-
go amor beatorum erit in patria
continuus ⁊ perpetuus. vnde
hoc amore magis viuetur beatus
cum deo q̄ꝫ sibi ipsi. Remanebit
ēt ordo charitatis ad se ⁊ ad pro-
ximum: ⁊ corpus ppꝛium secun-
dū aliquid qd̄ est in via sicut decla
rabit ista. Ista dilectio erit perfe

cta ⁊ sine timore seruili: de quo
amore ait Gregorius.ix. moraliū
ca.xxiiii. Tunc solum deo obse-
quia reddimus cum eꝫ propter
amoris fiduciam non timemus
cum nos ad bona opera affectus
non metus dirigit: nam qui a ꝑ-
uersitatis opere ex timore restrin
gitur: peruersa libenter ageret si
liceret. Nequaquaꝫ ego veraciter
tractus qui adhuc a prauitatis de
siderio liber non est qui vera obse
quia deo non reddimus si ex timo
re mandatis illius ⁊ non potius
ex amore seruimus: sed cum mē-
ti nostre eius dulcedinis amor ac
cenditur: omne desiderium pre-
sentis vite leuigatur.i. transit ⁊ a
nobis elongatur. immo in tediuꝫ
delectatio.s. presens vertitur atqꝫ
hanc cum merore mens tollerat
cui victa prius reprobo amore ser
uiebat. vnde beatus Job hoc di
uino amore accensus dicebat. te
det animam meaꝫ vite mee. Hoc
amore diuino accensus paulꝰ di-
cebat. Quis nos separabit a chari
tate christi Ro. viij. Apostolus
eniꝫ in hoc ostendit quomodo bo
ni fideles etiam in presenti vita de
bent firmiter christo adherere ꝑ
dilectionem ⁊ amorem. nihil eniꝫ
potest hominem a deo separare
nisi peccatum Isa.lix. Peccata
ve stra diuiserunt inter vos ⁊ deū
vestrum. Dicit ergo Apostolus.
Quis separabit nos ⁊c. tribulatō
.i. afflictio corporis: aut angustia
mentis. aut persecutio.i. fugatio
de loco ad locum. aut fames.i. pe
nuria cibi. an nuditas.i. penuria
vestimenti. an periculum.i. appa
ratus subditus mortis. an gladi
us.i. ipsa mors siue diuisio ani-
me a corpore. Certe nihil horum
debet nos separare a caritate xp̄i
nam charitas omnia suffert: om
nia sustinet.i. Coꝝ.xiii. Et bene
dicit ꝙ nihil separabit nos a cha
ritate christi quoniam sicut eius-
dem: c.viij. dicitur. Non sunt cō
digne.i. equales passiones huius
temporis licet multiplices. quia
temporales ⁊ momentanee ad fu
turam gloriam promerendam.
Unde Aug. Tribulatio namqꝫ
est cum fine. merces sine fine. Et
multo maior erit ibi gloria ⁊ dile
ctio dei maior que reuelabitur in
nobis. Reuelabitur inqꝫ hic deū
amantibus ⁊ in charitate decedē
tibus. Hec enim charitas qua di
ligimus hic deum super omnia
⁊ plusquā omnia est: de qua dicit
apostolus .i. Coꝝ.xiij. Charitas
nunquam excidit.s. in futuro sed
potius augmentabitur. O quan
ta erit gloria habere deum presen
tem ⁊ videre deum facie ad facieꝫ
⁊ toto amore siue perfecto dilige
re eum. Hoc enim erit finis om-
nium desideriorum nostroꝝ. In
hoc terminabitur appetitus no-
ster ita ꝙ nihil vltra valebimꝰ de
siderare. Et ad hoc melius intel
ligendum attende aliquem mul-
tum cupientem aliquam rem: si-
cut auarus multum cupit auruꝫ

vel argentum. Si talis posset ha
bere omne aurũ qd̃ posset deside
rare quantũ gauderet. Certe vl-
timũ desiderabiliũ est beatitudo
siue deum videre in se ⁊ ipso frui
siue ipsum diligere: ⁊ ibi quies sũ
ma dicente pphẽta. Satiabor cũ
apparuerit gloria tua. ¶ Sed du
bitaret qs verũ omniũ beatoꝝ sit
equalis visio ⁊ equal' dilectio. Re
spõdeo. in beatitudine est ꝯsidera
re obiectũ. s. deũ qui videbit siue
bonũ increatũ ⁊ hoc erit vnum ⁊
idẽ omniũ beatoꝝ. est etiã cõside
rare ipsam dispositionẽ siue meri
ta p que meruerũt videre deũ cla
re: ⁊ pfecte diligere. ⁊ ex parte hu-
ius dispositionis vnus erit alio
beatior ⁊ ita videbit deuz clarius
alio ⁊ diliget pfecti⁹. Et hoc est
quod dicit apostolus. i. Coꝝ. xv
Stella differt a stella in claritate.
sic erit ⁊ resurrectio mortuoꝝ. ca-
pacitas tamen cuiuslibet beati im
pleta erit p cõparationem ad suã
dispositionẽ: nec vltra desiderabit
intelligens se non vltra meruisse
sed etiam intelliget se vltra meri
tũ accepisse. Ex dictis patet quõ
sit deus diligendus in via. ⁊ quo
modo diligetur in p̃ria ⁊ iste erit
primus gradus dilectiõis. ¶ Se
cundus gradus erit respectu sui
ipsius. nã beatus diliget seipsum
maiori dilectione ⁊ perfectiori q̃
viator diligat' se i via. Diliget in q̃
vt sibi velit ipsam felicitatez eter-
naliter pmansuram. Nam sicut
beatus Augustin⁹. ⁊ recitat ma
gister di. xxviii. tertii dic quattuor
esse diligẽda ex charitate. ¶ Unũ
qd̃ supra nos est. s. deus. ¶ Alteꝝ
qd̃ nos sumus. ¶ Tertiũ qd̃ iu-
xta nos est. s. prim⁹. ¶ Quartum
qd̃ infra nos est. s. corpus. Et hoc
est quod ait salomon Can. ii. Or-
dinauit i me charitatẽ. Post deũ
igitur debemus nos diligere ⁊ in
p̃ria diligemus maiori affectu q̃
primũ. Qd̃ ꝯclarãs Richardus
de me. vil. in. iii. ait. Natura inte-
gra dictabit hominẽ plus se de-
bere diligere q̃ aliũ. Gloria etiaz
ppria intimi⁹ ⁊ pfectius respicit
illũ in quo est q̃ aliũ. diuina etiã
iusticia hoc exigit vt homo plus
gaudeat de ppriis meritis q̃ ali
enis. Cũ ergo diligere se sit velle
sibi bonũ possumus loqui de or-
dine diligendi p comparationez
ad bonũ volitũ ⁊ dilectũ vel ad in
tentionẽ actus volendi. ¶ Primo
modo quia nullus erit possibilis
ad maius bonũ q̃ tunc habeat:
ideo tunc volet meliori maius bo
num: ⁊ sic sancti volent primo
christo vt homini maius bonum
glorie q̃ sibi ⁊ virgini gloriose: ⁊
sic de aliis qui plus meruerunt.
In statu autem vie non est sic. ⁊
ratio est. quia in via minus bon⁹
ẽ possibil' ad mai⁹ bonũ q̃ illud
bonũ qd̃ hz melior eo: excepto for
te christo cui non est datus spiri-
tus ad mensuraz Joh. iii. Ideo
ex charitate potest sibi optare tan
tum bonum quantum optat me
lior se. Loquendo vero secundo

modo. s. quo ad intentionē amo
ris maiori affectu volet sibi bonū
q̄ cuicūq̄ primo siue meliori se
siue minus bono. Exemplū fami
liare est ad hoc. nā minus diues
vult maiori affectu minus bonū
qd̄ habet q̄ diligat ditiori se ma-
ius bonū qd̄ habet: ꝛ hoc declara
tur magis. Nā ꝑ gloriā nō tolli
tur sed ꝑficitur natura: sed in sta
tu nature integre homo nunq̄ tā
tū dilexisset aliū quantū seipsum.
natura aūt in gloria erit oīno re-
staurata ꝛ reparata: ex hoc patet
q̄ maiori affectione quisq̄ fact⁹
ex charitate seipm̄ diliget q̄ pro
ximū. O quāta erit gloria beatis
dum se intelligent beatos ꝛ i illa
gloria confirmatos. Quātū nāq̄
gauderet quis auarus si omne
aurū qd̄ posse possideri cognosce
ret vere se habere ꝛ in tali posses-
sione sciret se non posse impediri
Ibi ille fatuus amor quē habe-
mus ad nos cessabit: quo amore
iniquo diligimus mundi diuiti-
as. corporis delicias: honores ꝛ
reuerentias. quo etiā amore ꝑpo
nimus corpus anime ꝛ tēporalia
spiritualibus. nā natura nr̄a versa
est in contrariū sue inclinationis
vt videt̄. nā contēptis virtutibus
diligit vicia q̄ sibi sunt noxia ad
modū febricitantis ꝛ hoīs stulti.
Iuxta dictū sapiētis Prouer. i.
Usq̄ quo paruuli diligitis infan
tiā: ꝛ stulti ea que sibi sunt noxia
cupient. Hec dilectio praua ꝛ per
uersa rumpit legē nature: legem
scripture: ꝛ legem gratie. hec tri
plex lex rūpitur ex amore diuitia-
rū tēporaliū. Eccli. v. Auarus
nō replebit pecunia: ꝛ qui amat
diuitias fructū nō capiet ex eis.
Eccli. x. Nihil iniquius q̄ amare
pecuniā. Hic eni animā suā vena
lē hꝫ qm̄ in vita sua ꝓiecit intima
sua. Alij amāt delitias carnales
de quibus dicitur Prouer. xxiij.
Qui diligit epulas replebit ege-
state. Exemplū de diuite epulone
Luc. xvi. Alij honores seculares
Mat. xxiij. Amāt primos accubi
tus in cenis. de hijs omnibus dr̄
Eccli. iij. Qui amat periculum
peribit in illo. Hij sunt q̄ odiunt
animas suas de quibus prophe-
ta ait. Qui diligit iniquitatē odit
animā suā. Amant enī cōiter ho
mines piuria: mendacia: furta:
vindictā proximi: ꝛ cetera pecca-
ta que ducunt ad mortē gehēne.
Sed hijs videtur aduersarij di-
ctum christi Joh. xij. Qui odit
animam suam. s. in hoc mundo:
in vitam eternam custodit eam.
Sed respondet glo. di. Ille non
amat: sed odit animam suam in
hoc mundo q̄ diligendo deum
potius q̄ in eum peccet eligit oc
cidi. Hec glo. Et ita odire h̄ acci
pitur pro velle viuere in hoc mū-
do sine peccato. Et ita dicitur eo
dem. c. Qui amat animam suā
volendo viuere in peccato ꝑdet
eam. Et hoc est verius odire q̄
amare. Sꝫ redeam⁹ ad id a quo
disgressi sumus. s. ad amorē illū

quē quisq̄ beatus habebit in se ꝛ de se. Habebit.n.ad se amorē: qꝛ videbit se vestitū illa veste nuptiali de qua Math.xxij. Amice quō huc itrasti nō habēs vestē nuptialem. Ubi ait Ni. de lyra. Intrat rex.i.christus vt videat discūbentes.i.xp̄ianos in hoc mundo volētes transire ad gloriā celestē. Intrat inq̄ dupliciter.s. spāliter in morte cuiuslibet hoīs qui desiderat puenire ad regnū: ꝛ generaliter itrabit in futuro generali iudicio. Et ait amice. Uocatur autē pctō: amicus pp naturam q̄ ad imaginē dei facta est: sicut ꝛ dixit iude. Amice ad quid venisti. dic ergo. Quō huc intrasti.i.intrare voluisti nō habēs vestē nuptialez idest charitatem. quam si haberes dignus esses intrare ad nuptias. Hec est enim vt dicit Aug. que diuidit inter filios regni ꝛ pditionis. Sancti igitur in gloria hac veste induti tanq̄ precioso vestimento se diligent. quia hanc vestez seruauerunt in hoc mundo ꝛ cum ea ad regnum transierunt sicut rex vel regina vel quecūq̄ alia persona videns se ornatum vel ornatam precioso vestimento: in tali vestimento gloriatur quodāmodo ꝛ ideo preciosa vestimenta homines diligenter custodiunt vt in eis loco ꝛ tempore honestiores appareant. Hoc erit ornamentum cōmune: quia nullus erit in illa gloria qui non sit hac veste charitatis indutus.

¶ Sꝫ nunqd christiani habebunt aliquē ornatū in se quē nō habebūt sctī veteris testamenti. Certe dicendū q̄ sic qꝛ habebūt signuz illud qđ susceperūt i sacramento baptismi.s. caracterem baptismalem qui est quidam ornatus ꝛ decor anime. ¶ Habebunt qui sunt confirmati alium decorem ꝛ ornatum scilicet. caracterem confirmationis. ¶ Habebūt qui sunt ordinati ꝛ sacros ordines susceperūt alios caracteres. idest alia signa spiritualia que omnia in se cognoscent ꝛ diligent se: quia talia susceperunt. Gaudebunt de proprijs meritis quibus virtutes acquisierunt que vt cōmuniter dicitur remanebunt in patria: vt de iusticia quam acquisierunt iusta opera in proximum faciendo vt opera misericordie adimplendo tam spiritualia q̄ corporalia. de prudentia quam acquisierunt prudenter opera virtuosa dictando ꝛ regulando. de fortitudine quam acquisierunt opera fortia peragendo. de temporantia q̄ acqsierūt tēperate viuēdo ꝛ sic de alijs q̄ plus vl' min⁹ meruerūt ꝛ qb⁹ meritis augmētū charitatis habuerūt. Nā ꝛ licz oēs habeāt charitatē: habebūt tn̄ qdā pfectiorē charitatē alijs ꝫq̄ magis se diligēt: ꝛ ita đ alijs vtutib⁹. Sicut.n. videmus q̄ vestimentum scarleti uel purpure est alio preciosius ꝛ melius: ita i btīs virtutes erūt i qbusdā perfectio-

res ⁊ maiores sicut in christo ⁊ vir
gine gloriosa erunt virtutes emi-
nentiores nobilius siue perfecti-
us ꝙ in angelis. vnde de qualibꝫ
persona beata poterit dici illud.
ps. xliij. Astitit regina. i. assistet
regina q̃ regnabit in illa gloria p
petuo a dextris tuis in vestimen.
deaur. cir. va. scilicet virtutum.
Nam omnis gloria eius scilicet
filie regis. abintus. s. i anima. O
quantum gloriabuntur ⁊ se dili-
gent qui talia hic meruerunt: fi-
dem christi ⁊ bona opera conser-
uando ⁊ faciēdo. Quomodo igi
tur debemus attendere diligenti
us vt hanc gloriam acquiramus
ita vt vnusquisqꝫ nostrum in ea
vocatione qua vocatus est perma
neat operando virtutis opera. nā
ad hanc gloriam inuitamur ⁊ vo
camur per thema nostrum cum
dicitur. Venite benedicti ⁊cetera
¶ Tertius gradus dilectōis erit
proximum quem quisqꝫ beatus
habebit volendo illud bonū eter
num cuilibet alteri sancto: cuili-
bet angelo: ⁊ etiam cuicunqꝫ in il
la gloria existenti vnde istud erit
ad premium licet accidentale a vi
sione de qua dictum est in prece-
dentibus q̃ sicut alius est actus
intelligere: ⁊ alius diligere sicut
experientia docet: q̃ multa intelli
gimus que non diligimꝰ: ita alia
erit gloria: ⁊ aliud premium visio
⁊ aliud dilectio vnde ibi ad im-
plebitur illud quod sequitur. di.
pxīm. v. t. ⁊c. sed ⁊ proximum. t. si
cut teipsum. i. ad eandem beatitu
dinem ad quā diligis te. ¶ Notā-
dum tñ ꝙ triplex est amor. s. amō
naturalis. amor carnalis. ⁊ amor
spiritualis. Et de istis aliqualiter
est dicendū vt videatur quis amō
maneat in patria ad proximum.
¶ Primꝰ igitur est naturalis quo
pater diligit filium. Et licꝫ amor
iste sit licitus: tñ de se non est me-
ritorius in via: pōt tñ fieri merito
rius si pater diligit filium. q̃ bo
nus est vel vt bonus sit: tunc. n. di
ligit filiū non vt filium: sed deum
diligit in filio: ⁊ tunc reducit ad
illud preceptum. Diliges pximū
tuum sicut teipsū. ¶ Alia est dile-
ctio carnalis que est inter viruꝫ ⁊
vxorem: ⁊ ista licet sit licita tñ de se
non est meritoria pōt tñ fieri me-
ritoria qñ. s. vir diligit vxoreꝫ. vel
q̃ bona est vel vt sit bona: q̃ tunc
non diligit vxorem vt vxorem: sed
deum in vxorem: ⁊ tunc reducit
ad preceptum scilicet. Diliges p-
ximum tuum sicut teipsum. s. ad
gratiam in presenti: ⁊ gloriam in
futuro: de qua dilectione dicitur
Ephe. v. Viri dilig. vxo. ve. sicut
⁊ christus dilexit ecclesiā ⁊ tradi
dit semetipsū pro ea. ¶ Tertia pt
dici dilectio socialis siue ꝯsuetu-
dinis que ꝯtrahitur ex ꝯsuetudi-
ne cohabitandi colloquēdi ⁊ ꝯuer
sandi que ēt licet sit licita tñ non ē
meritoria: q̃ etiaꝫ inter animalia
quodāmodo reperitur: pōt tñ fie
ri meritoria qñ. s. quis diligit: q̃
bonus est vel vt bonus fiat Eccli.

virtutes celoꝝ mouebũt̃: ⁊ tũc vi-
debũt filiũ hois ⁊c. Vt. n. ad hũc
aduẽtũ iudicis nos ꝑparem⁹ diua
ꝓuidẽtia ea q̃ ꝑcedet̃ obẽt iudiciũ
nob dñũciat̃ Joel. ij. sol ꝯuertet̃ ĩ
tenebras ⁊ luna i sãguinẽ anq̃ ve
niat dies dñi magn⁹ ⁊ horribil'. Sȝ
q̃rit̃ q̃re de⁹ ista ꝑmittet̃ disposuit
Rñdet̃ ꝙ xp̃s hoc disposuit ad
prenunciãduȝ futura mala dicẽ

te Grego. Ultima tribulatio mlʼ
tis tribulationibus preueniť ꝛ ꝑ
crementa malorum que ꝓuenient
iudicanť mala perpetua que sub
sequuntur. ¶ Secũdo ad punien
duȝ premissa facta. vnde Grego.
Et quia in cunctis deliquimus
in cunctis ferimur. oīa enim que
ad vsum vite accepimus cõuerti
mus ad vsuȝ culpe. ꝛ ideo sequiť
ꝙ que ad vsum prauitatis inflexi
mus ad vsum nobis conuertunť
vltionis. ¶ Tertio ad cõcutiendũ
hominũ corda. vñ Beda. Appro
pinquante suo termino elementa
quasi pauida nutant ꝛ tremunt:
q̃ntũ ergo erit timẽduȝ homini.
¶ Quarto ad ostendendũ diuinũ
zelũ vt ostendant se creatura para
te ad vlciscendũ creatorẽ de hosti
bus suis: sicut fit in ꝓlijs: qꝛ amí
ci ostendunt se cũ armis paratos
ad pugnã contra inimicos. Sic
tunc creatura deseruiens suo fa-
ctori exardescit in tormentis ad-
uersus iniustos. Sap. vi. Quia
accipiet armaturã zelus illius ꝛ
armabit creaturã ad vltionem ini
micoꝝ. Sap. v. Hoc ad amouen
dum nostrũ affectum a mundo.
Grego. Deus ac redẽptor noster
paratos nos inuenire desiderãs q̃
mala sequunť senescentẽ mundũ
denuntiat vt nos ab eius amore
cõpescat. Erunt ergo signa de q-
bus Math. xxiiij. Sol obscurabi
tur ꝛ luna nõ dabit lumen suum
ꝛ stelle cadent d̃ celo. Obscuratio
solis erit tũc ex ꝓprij luminis sb
stractione. qꝛ ꝺm glo. sol ꝛ luna ꝛ
stelle ad tẽpus ꝓprio lumine pri-
uabuuť nõ quideȝ naturaliter sicͭ
modo fit quando ꝯtingit eclipsis
sed sicut in morte christi sol qui fa
ctori suo cõpatiens totus supna-
turaliter fuit obscuratus: sic in
mundi termino homini ꝓ quo
sol factus fuit. qui multiplicibus
malis grauabitur obscurabitur
generaliter in vniuerso mundo.
Et qꝛ luna ꝛ stelle a sole lumẽ re-
cipiunt sole obscurato ꝛ ipse ob-
scurabunť. Sicut enim hoíe bñ
instituto in statu inocentie sol et
amplius lucebat: ꝛ hoíe stante sol
in suo pleno lumine stetit. sic po-
stea homie cadente a sue lucis ple
nitudie cecidit: si ꝛ hoíe turbatiōi
maxie appropinquãte: luce sua ad
tẽpus vt malũ sibi futuꝝ d̃nũciet
priuabiť vt vnicũ d̃ñi aduẽtũ de
nunciet ne ex insꝑato veniat iudi
care. Et stelle cadẽt de celo ad sen
sum prius expositũ. Erũt ergo si
gna in sole ꝛ luna nõ sicut in tꝑe
iosue quo fuit solis statio. qꝛ tunc
lucebat. nec ut tꝑe ezechie quo sol
retrocessit. x. lineis. qꝛ ẽt tũc luce-
bat: sȝ sicut ĩ morte xp̄i. Posuit er
go terrorẽ signoꝝ ꝑcedentiũ in lu
minariũ mutatiōe. ꝯsequẽter po-
nit merorẽ hoiuȝ hoc vidẽtiũ ex
ꝑturbatiōe. Erit. n. multiplex tri
bulatio ĩ hoibꝰ etiã ꝑfectis Ioh.
xvi. In mũdo ꝓssuram habẽtis.
Precessit. n. triplex tribulatio ꝛ se
queť q̃rta oīuȝ crudelior. Pria ꝯfu
it tirãnoꝝ ꝯ martires. Secunda

hereticoꝝ ꝯ confessores. Tertia ypocritaꝝ ꝯtra simplices. Quarta erit antichristi ꝯtra fideles. hec sunt q̄ttuoꝛ venti ⁊ q̄ttuoꝛ bestie q̄ pugnabāt i mari. ⁊ q̄rta erat seuissima Daniel'.xij. q: tūc erit tēpus quale ante non fuit vt si fieri pōt in erroꝛē mittant electi. Dicit tñ Ni. de lyra sup Math.xxiiij. ꝙ post tribulationē antixp̄i anteq̄ꝫ appareāt manifesta signa iudicij erit tēpus breue in quo poterunt illi q decepti fuerint p antixp̄ꝫ penitere. ⁊ istud tēpus vt dicit qdaꝫ nō durabit nisi p.xl. dies vel circiter. Ideo dr̄ Mat.xxiiij. Statiꝫ post tribulationē illoꝝ dieꝝ.i. tēpoꝛe paruo elapso post tribulationē antichristi apparebūt signa manifesta ꝓpinqui iudicij. Et iō subdit. sol obscurabit ⁊c. sicut ꝓus dictū est ⁊ virtutes celoꝝ mouebūtur q: angeli frequēti' solito mouebunt ex diuina voluntate ad faciendū miraculosas transmutationes in elementis ad incutiendū hoibus timoꝛē iudicis venientis. Hec Ni. d lyra Et q̄uis christus in morte cuiuslibet singulare iudiciū ſm merita ⁊ demerita iuste exerceat: tñ q: tale iudicium est nobis occultū ⁊ quo ad penā ⁊ quo ad gloꝛiā iꝑfectū ⁊ ēt soluꝫ respectu hominū: ⁊ nō demonuꝫ ideo necesse ē vniuersale iudiciuꝫ omniū simul viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝛū in fine mundi eē ventuꝝ. qd̄ erit manifestū. q: oibus oia erūt nota erit ꝑfectū. q: tā boni q̄ꝫ mali in coꝛpoꝛe ⁊ aīa ꝓmiabunt. ⁊ generale q: demones ⁊ angeli ſm merita ꝑfectā mercedē recipiēt. In h' aūt iudicio fient illa q̄ttuoꝛ q̄ in mūdano iudicio fieri ꝯsueuerūt Videm'.n. mundano iudicio in quo public' latro capt' ē cōdemnandus ad moꝛtē cōcurrere q̄ttuoꝛ. ¶ Primū ē tuba reū ꝓcedens oēs ꝯuocās ad sniaꝫ audiendam Amos.xij. Moꝛiet moab.i. reus in clamoꝛe tube. ¶ Scdꝫ ē scriptura ꝯfessiōis ꝓp̄ie coꝛā populo lecta i ꝓp̄ie dānatiōis argumētuꝫ Hester.xij. Duos ſuos ꝯfessos ꝙ vellēt manū mittere in regē: iussit rex duci ad moꝛtē. ¶ Tertiuꝫ est snia ab oꝛe iudicis i reū ꝓlata ad moꝛtis suppliciū sustinēdū Exo. xxij. Nō patieris maleficos viuet sup terrā. ¶ Quartū est obedientia mīstroꝝ trahentiū reū ad puniendū.ij. Macha.vi. Hijs dict trahebāt eū ad iudiciū. Ista eniꝫ q̄ttuoꝛ erūt in extremo iudicio viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ. vñ nouitates ꝓcedentes erūt tāq̄ꝫ tube formidabiles. q: erūt signa i sole ⁊ lūa ⁊c. sicut dictū est ꝓ'us. vñ he nouitates erūt circa coꝛpoꝛa celestia: Circa elementa. Et circa hominū vitā. ¶ Circa coꝛpoꝛa celestia. q: ꝑ aliquot dies ante iudiciū lumen retrahent a nobis vt minime videant Johe.iij. Stelle retraxerūt lumen suū. ¶ Secundo circa elemēta. nam tunc erūt terremotus magni ꝑ loca: ⁊ sonitus maris: ⁊ turbatio fluctuū qualis

nunq̃ fuit. Nã ꝭm Jeronymuz:
eleuabit mare cubitis .xl. sup oẽs
mõtes. postea tã ꝓfũde descendet
ꝙ vix videri poterit. postea belue
marine dabũt mugitus terribiles
postea videbit totũ arder̃ ⁊ ex hijs
in gẽtibus timor ⁊ pauor cũ pres
sura in hoib⁹ generabit. Jõ dicit
Mat. xxiiii. Erit in terris pssura
gentiũ. ¶ Tertio erit nouitas cir
ca corporalẽ hoiuz vitã. nam ex ti
more belloꝝ ⁊ aduersoꝝ: ⁊ ex pa-
uore fluctuũ maris ⁊ vndaꝝ: ⁊ ex
clamore ⁊ mugitu pisciũ desicca
bunt hoies ⁊ macri ⁊ pallidi fiet.
Jõ dr̃ Mat. eodẽ c. Arescẽtibus
hoibus p̄ timore sonit⁹ maris ⁊
fluctuũ: ⁊ expectatõe maloꝝ q̃ su
ꝑuenient vniuerso orbi. Nam ꝭz
hiero. post ꝯfusionẽ maris ⁊ flu
ctuũ videbũt hoies herbas ⁊ ar
bores sanguinẽ pluere. oĩa edifi-
cia ruere. petras adinuicẽ collide
re ⁊ generalẽ terre motũ ⁊ mari-
mũ fieri: ex quo timore arescent
hoies ⁊ de abditis exeũtes ibunt
quasi amẽtes ex dictis ⁊ ex formi
dine maloꝝ q̃ de ꝓximo expecta-
bunt. Nã virtutes celoꝝ mouebũ
tur. i. angeli in celo habitãtes tre
ment a facie iudicis nõ tiore amis
sionis glie. sed timore reuerentie
⁊ timore ꝯpassiõis damnatorum
Job. xxvi. Colũne celi pauebũt ⁊
ꝯtremiscent ad vultũ iudicis. Et
Jsa. xxxiii. Angeli pacis amare
flebũt. Seqtur. Tũc videbũt fili
um hois ⁊c. Congregata multi-
tudine gentium comprimentiuz
se inuicem ex timore sententie ap
parebit christus cum signis pla-
garum in manibus ⁊ pedibus ⁊
latere ⁊ cum instrumentis sue pas
sionis scilicet lancea: corona: cru
ce: clauis: ⁊ malleis deferẽtibus
angelis ex qbus peccatores de in
gratudine tanti bñficij acriter re-
darguet dicens ꝭm Aug. Ego i
mundum propter vos descendi
de celo carnem vestram assumpsi
vobiscum annis. xxx. conuersatus
fui ⁊ improperia tolleraui captus
⁊ flagellatus fui: ⁊ durã passionẽ:
⁊ crudelẽ mortẽ pp vos sustinui
⁊ h oia cognoscer̃ noluistis ⁊ co
gnouistis ꝯtẽpsistis: ⁊ toto posse
offẽdistis. Et tũc secundũ Mat.
.xxiiii. Plangent omnes tribus
terre. Ubi dicit Chrysostomus.
Uere plangent omnes peccatores
nam plangent iudei qui christuz
crucifixerunt: plangent gentiles
qui ydola adorauerunt: plangẽt
greci qui in fide errauerunt: plan
gẽt falsi christiani qui carnẽ ⁊ mũ
dum plusq̃ deum amauerunt.
Plangent oẽs tribus terre. quia
nulla erit uirtus ad resistendũ nul
la facultas ad fugienduz. nullus
locus ad penitendum. nullum tẽ
pus ad satisfaciendu3. ⁊ nulla mi
sericordia iudicis ad subuenien-
dum. quid igit facient peccatores
cum christus apparebit sicut leo.
¶ Circa hoc querit quare magis
dr xp̃s iudicar̃ q̃ alia ꝑsona Job:
v. Pater non iudicat quẽq̃ sꝫ oẽ
iudiciũ dedit filio? Rñdeo inqz

Ricar. di. xlviij. Christus nō tñ iudicabit in natura diuina ſm q̃ eſt creator. ſed etiã in hũana ſm quã eſt redẽptor. qa ad hoc iudi-dicabit vt electi admittant ad re-gnũ ad qd nõ ſufficerẽt dona crea tionis ſine bñficio redẽptiõis ſ3 nõ eodẽ mõ iudicabit ſm vtrãq3 nãz. q2 ſ3 diuinã iudicabit ꝑncipa li auctoritate ſiue ptãte ordiaria ſm hũanã vo ideo iudicabit po-teſtate dlegata iudicare aũt ꝑnci pali auctoritate ẽ cõe trib9. ꝛ eq̃li ter eis ꝯuenit. qa i eis ẽ vna ꝛ ea dẽ numero iudicãdi ptãs: nõ eſt tñ incõueniẽs q idẽ ſub diuerſa rõne plurib9 approprie ꝑſonis vnde ſapiẽtia ſub rõne qua ipor-tat cognitionẽ appropriat filio ꝛ ſub rõne qua eſt donũ appropria tur ſpiritui ſcõ. Dico ergo q rõne ptãtis q̃ reqrit ad iudicandũ iudi care põt approꝑari cui approꝑat ſnia. ſ3 rõne diſcretiõis q̃ reqrit i iudicio põt approꝑiari filio cui approꝑat ſapiẽcia. rõne aũt recti tudinis q̃ requirit in volũtate iu dicãtis põt approꝑari ſpiritui ſã cto cui appropriat bonitas. Hec ille. ¶ Secũdo q̃rit idem doctor vtrũ in iudicio xp̃s videbitur ab oibus glorioſus? Rñdeo q ſicut dicit Aug. ꝑmo li. de tri. c. pen. Boni ꝛ mali viſuri ſunt iudicem in claritate in qua iudicabit: non in hũilitate in qua iudicatus eſt. Unde ſicut in primo adu ẽtu qñ venit vt pro nobis iudicaretur ap paruit i nã hũana mortali. ita in ſcdo aduẽtu qñ veniet vt iuſte iu-dicet appebit oib9 i natura hũana glorioſa: nõ tñ videbũt mali glo riã aie ei9 nec oculo corporali nec itellectuali niſi i qbuſdã effectib9 ſuis de qbus dolebũt. ſ3 boni glo riã ei9 videbũt ꝛ q̃tũ ad gloriam corporis oculo corꝑali: ꝛ videbũt gloria3 aie eius oculo mentali. vñ ꝟtute diuina fiet ſuꝑnaliter vt ma li videant gloriã corꝑis ad eoru3 ꝯfuſionẽ. qa qlibet hõ malus tri ſtat ꝛ ꝯfundit i vidẽdo gloriã illi us quẽ vehemẽter odit. dãnati vo odiũt deũ vehemẽter nõ ſb rõne q̃ ſũme bonus eſt: qa ſic odiri nõ poteſt. ſed ſub ratione qua punit eos. vnde q̃uis videre corp9 glo rioſum chriſti ſit per ſe delectabi le. tamẽ ꝑ accidens erit reprobis triſtabile. quia erunt eius inimici ꝛ inuidebunt ei. vnde ad hoc di-citur Luc. xxi. Uidebunt filium hominis in nube venientem cum ptãte magna ꝛ maieſtate. ¶ Que ritur tertio vtrum chriſtus iudi cabit in valle ioſaphat: Reſpon-det Richardus di. Nõ chriſtus non deſcendet in vallem ioſaphat ſi reſidebit in aere in alto loco vt ab omnibus poſſit videri ſuper montem oliueti de quo in celum aſcendit: ſicut dicit magiſter pe nultimo capitulo dil. xlviij. quar ti ꝛ forte parum citra illum lo-cum in quo apoſtoli deſierunt eũ corporaliter videre quando aſcẽ-dit in celum. Homines autem cõ gregabuntur in valle Joſaphat

cui preminet mons oliueti: et quot
in illa valle poterãt capi tot erunt
ibi. alij circa vallẽ quidã ꝓpinqui⁹
quidã remotius. electis tñ existẽti-
bus ad dexteram iudicis nõ in ter
ra: sed i aere sicut dictũ est. Et hoc
dicit apl's. i. Thessa. iiij. Rapie-
mur cũ illis in nubibus obuiam
christo in aera. de hoc loco iudicij
dicitur Johe. iij. Cõgregabũtur
oẽs gentes et deducã eas i vallem
iosaphat et disceptabo cũ eis ibi.
Et hui⁹ loci assignat tripler ratio
¶ Prima q2 locus iudicii deb3 eẽ
cõis cuiusmodi ẽ vallis iosaphat
cũ sit locus medius terre habita-
bilis. ¶ Secũda quia d3 eẽ publi-
cus: s3 locus ꝑdictus ẽ famosissi-
mus pp opera nostre redemptio-
nis q̃ ibi et circa gesta sunt. ¶ Ter
tia q2 competit ille locus rõne ne-
gocij. quia tractandũ est ibi opus
misericordie et iustitie. Mons aũt
oliueti qui ẽ apud vallẽ istam desi
gnat misericordiam. iosaphat aũt
qḋ interpretat iudiciũ designat iu
sticiã. ¶ Querit idẽ doct. vtrum i
iudicio erit vocal' disceptatio? Et
dicit ꝙ magis videtur concorda-
re cum textu sacre scripture s3 ali
quos ꝙ ibi erit disceptatio et men
talis et vocalis. q2 christus qui iu-
dicabit deus est et hõ. et iõ iudica-
bit modo diuino et humano. nã
ex hoc erit mai⁹ gaudiũ sensibile
bonoꝝ et maior dolor sẽsibil' repro
boꝝ. Sicut. n. erit mentalis et vo
calis citatio q2 mẽtaliter ad iudi-
ciũ vocabunt et ꝑ ministeriũ ange
loꝝ vocaliter sicut dictũ ẽ. ita erit
reproboꝝ mẽtalis et vocalis accu
satio. Accusabũt. n. eos ꝯscie eoꝝ
sm apl'm Ro. ii. et eoꝝ iniqtas oĩ
bus manifesta. ita xp̃s vocaliter
accusabit eos Math. xxv. Esuriui
et nõ dedistis mihi mãducare. ac
cusabunt eos ẽt angeli q fuerunt
custodes eoꝝ. Hoies ẽt electi vo-
ce tenus ꝯ eos testificabunt. Sen
tentia ẽt diffinitiua nõ tñ mentali
ter: sed ẽt vocaliter ꝓferet vt vide
tur sonare sacra scriptura Math.
xxv. hec ille. Per quot ãt dies du
rabit iudiciũ incertũ ẽ vt ait Au.
xx. de ci. ꝓbabile tñ est ꝙ nõ tẽdet
ꝑ horam multũ ꝓlixã qḋ videtur
sentire Aug. xx. de ci. dicens ꝙ iu
dex ꝯuincet ꝯscias reproboꝝ sine
vlla sermonis ꝓlixitate: vñ illa vo
calis disceptatio nõ erit cũ quoli-
bet in singulari noiatim: nec de
quolibet opere singulari: sed sicut
saluator narrat in euãgelio fore sic
credendũ ẽ. Hec Richar. ¶ Que
rit idẽ doctor vtꝝ omnes iudica
bunt. Et dicit rñdẽdo ꝙ i illo iu
dicio erit de meritis et de meri-
tis disceptatio erit ẽt ꝓ meritis:
vel demeritis retributio. ¶ Quã-
tũ ad retributionẽ oẽs iudicabũt
q2 augebit suppliciũ maloꝝ. tã ho
minum ꝙ̃ angeloꝝ. Augebit ẽt
gaudium bonorũ tam hominu3
ꝙ̃ angeloꝝ. Boni. n. angeli ꝙ̃uis
iam habeant suam retributione3
essentialem tamen pro ministerio
qḋ nobis exhibent recipient aliqḋ
accidentale gaudiũ. Et mali an-

geli ꝑ malis q̄ nobis procurant
graue recipiēt suppliciu m post re
sumptionē ēt corporum reprobo-
rum hoium etiam augebitur sup
pliciū. ꝛ electoꝝ augebitur ꝑmiuꝫ
vt dictū est. ¶ Quantū āt ad distri
butionē non oēs iudicabuntur. q:
ꝑm Greg. xxvj. moraliū. Alij iudi
cantur ꝛ pereūt. Alij iudicātur ꝛ
regnant. Alij nō iudicantur ꝛ re-
gnāt. Judicanť ꝛ pereūt qb⁹ do-
minica inclamatiōe dr. Esuriui ꝛ
nō dedistis mihi māducare. sitiui
ꝛc. Alij in extremo iudicio nō iu-
dicantur ꝛ pereūt: de quibus pro-
pheta ait. Nō resurgūt impij i iu
dicio. Et de quibus dn̄s dic̄ Jo.
iij. Qui āt non credit iā iudicatus
est. Et de qbus Paulus ait Ro.
ij. Qui sine lege peccauerunt sine
lege peribunt. Possessionē vero
fidei retinētes. sed ꝓfessiōis opera
non habētes redarguunť vt pere
ant. qui vero nec sacramēta fidei
tenuerunt increpationem iudicis
in extrema examinatione non au-
diūt. qa ꝑiudicati infidelitatis sue
tenebris eius: quē despererant in
uectione redargui nō merentur.
Ex electorum vero parte alij iudi
cātur ꝛ regnāt qui vite lachrymis
maculas tergiunt. q mala ꝑceden
tia factis sequentibus redimētes
quicqd illicitū aliqn̄ fecerunt: ab
oculis iudicis elemosynarū sup-
ductione cooperiunt qbus iudex
veniens in dextera consistentibus
dicit. Esuriui. n. ꝛ dedistis mihi
manducare. sitiui ꝛc. Alij āt non
iudicanť ꝛ regnāt qui etiaꝫ precep
ta legis perfectione virtutū trāscē
dunt q nequaq̄ꝫ hoc solum quod
cūctis diuina lex precipit implere
contēti sunt: sed prestantiori desi-
derio plus exhibere appetūt q̄ꝫ ꝑ-
ceptis generalibus audire potue
runt quibus dominica voce dicit
Math. xix. Uos q reliquistis om
nia ꝛ secuti estis me cum sederit fi
lius hois in sede maiestatis sue se
debitis ꝛ vos iudicantes sup duo
decim tribus. Hec oia Gregori-
us. Horum quattuor differentias
Ponit ēt Jsy. li. i. de summo bo
no cap. xxvij. ¶ Querit idē doctor
vtruꝫ disceptatio erit de solis ope
ribus misericordie. Rn̄det di. ꝙ
vt prius dictū est. Jn iudicio erit
disceptatio mētalis ꝛ vocalis. pri
ma erit de oibus operibus nō tn̄
in generali sed ēt in singulari. qa
sicut dicit Augu. xx. de ci. virtute
diuina fiet vt quecūqꝫ opa bona
vel mala cūcta in memoriaꝫ reuo
centur ꝛ mentis intuitu mira ce-
leritate cernanť vt accuset vel excu
set suā ꝯsciam: atqꝫ ita simul om
nes ꝛ singuli iudicenť. ¶ Utrum
āt de alijs operibus q̄ꝫ de operib⁹
misericordie vocalis aliqua disce
ptatio sit futura certū non est no-
bis: sed tn̄ certum satis est ꝙ aut
fiet de solis operib⁹ misericordie
aut precipue de illis que vt appa-
reat omnibus manifeste ꝙ q pctā
per misericordie opera nō redeme
runt indigni sunt misericordia. iu
xta illō ꝑs. Desperat de terra me

mortia coꝝ pro eo ꝙ nō est recordatus facere misericordiā. Et Ja. ii. Judiciuꝫ sine misericordia scꝫ saluante fiet illi qui nō fecerit misericordiā. hec Richar. Et qꝛ dicitur Math. xxv. Media nocte clamor actꝰ ē ec. spo. ve. exi. ob. ei. ¶ Querit idē doc. vtrū resurrectio erit ↄ nocte. Ad qđ ait. Rñdeo ꝙ motꝰ celi cessabūt circa solis ortū luna existēte in occidēte. qꝛ i tali dispōne sol ꝛ luna credunt creati fuisse. Et qꝛ in illo instanti in quo cessabunt motus celi: erit cōis resurrectio mortuoꝝ exceptis paucis qui i aduentu iudicis inuenient viui. ideo cōcedendū est ꝙ cōis resurrectio mortuoꝝ nō erit de nocte. qꝛ existētibus in oriēte citius est dies ꝙ̄ existentibꝰ in occidēte. quidam tñ resurgēt de nocte p cōparationē ad locū in quo resurgent. per cōparationē tñ ad locū vbi tenebit iudicium erit sol in ortu anteꝙ̄ aliqs resurgat. Et hͦ pꝫ. qꝛ xpi resurrectio fuit exemplar nr̄e resurrectiōis: sꝫ xp̄s resurrexit nō de nocte sꝫ i principio diei: ergo resurrectio mortuoꝝ nō erit de nocte: ꝛ illa resurrectio erit in ultimo instāti tpis. p pri. dicti vt status corruptibilitatis vel motus celi sil' esse desinant ꝛ status incorruptibilitatis ꝛ quies celi sil' incipiant. Et si dicatur ꝙ iudex adueniet media nocte ꝛ q̄si fur. hoc dr̄ ꝑm glo. qꝛ nullo sciēte vel sperante veniet. h ille. Huiꝰ manifesti ꝛ terribilis iudicij figurā expressam hēmus. Daniel. vij. Aspiciebā igr daniel. donec throni positi sunt ꝛ antiqs dierum sedit vestimētum eius quasi nix candidū ꝛ capilli capitis eius q̄si lana mūda thronꝰ eius flāme ignis rote eius ignis accēsus. fluuius igneus rapidusꝙ̄ egrediebat a facie eius millia milliū ministrabāt ei ꝛ decies millies centena millia assistebāt ei iudiciū sedit ꝛ libri apti sunt. Vñ sciēdū ait frater Frā. de abbate ꝙ hic describit extremū iudiciū q̄tū ad tria. s. q̄tum ad iudicis ↄditionem. ad comitū associationē. ⁊ Et finie ↄplationē. ¶ Cōditio iudicis talis ē ꝙ ipse xp̄s iesus ē dn̄s totiꝰ hūani generis cū ipm creauerit ꝛ suo p̄cioso sanguīe emerit. Et q̄uis in natura hūana sit iuuenis. qꝛ ānoruꝫ. xxx. tñ antiquꝰ dieꝝ appellat quo ad naturā diuinā. in qua añ mūdi creationē genitus ē a patre Sꝫ xp̄s veniēs vt iudex erit indutus quo ad naturā hūanā vestre alba vt nix. Hec vestis significat gl'iaꝫ corpis: qꝛ in forma corpis gloriosa oibus apparebit. vt dem̄ ē priꝰ. Et capilli eiꝰ ad lr̄am erūt q̄si lana mūda: vel p capilos possunt itelligi plage passiōis q̄ erūt in corpe eiꝰ lucētes vt stelle munde. Thronus aūt eiꝰ siue cathedra erit magna eius dignitas ꝛ ptās contra suos inimicos accēsa furore ira ꝛ idignatione. Uel pōt itelligi ille ignis q tunc cōburet ꝛ cruciabit pctōres ippetuuꝫ. Jdeo dr̄ rota que apta ē ad reuo

iudicioꝝ ppetua. ¶ Secũdo describitur q̃tũ ad associationẽ: q2 sicut tota hoīuꝫ generatio ibi ꝯgregabit: ita tota angeloruꝫ natura. ibi assistet ad iudicẽ reuerendũ ad toti hũano generi ministrandũ: q2 isti electos ad gloriã associabunt ꝛ reprobos habẽtes corpa põderosa ad iudicium trãsportabunt Et tūc libri erũt apti. Per libros intelligitur cõscientia singulorum. In iudicio. n. ait Richar. Quilibet per diuinã virtutẽ poterit legere in cuiuslibet cõsciẽtia oīa bona ꝛ mala que vnq̃ fecerit vt oẽs videant ꝙ in cuiuslibet dãnatione ꝛ saluatiõne deus iuste ponderabit bona eoꝝ ꝛ mala que nunq̃ fecerunt. O q̃ta cõfusio erit dãnatis ꝛ maxime xpianis qui si voluissent potuissent saluari. Ibi aperiũtur duo libri. scꝫ mortis ꝛ vite. ¶ In libro mortis erũt scripta mala oīum reproborum ꝛ a parte sinistra erũtium que publice corã omnib9 legentur de quo Ezech. ij. dicitur Uidi angelũ habentẽ librũ scriptũ intus ꝛ foris. ꝛ expãdit illuꝫ in quo erant scripte lamẽtatiões carmẽ ꝛ ve. dicitur script9 intus ꝛ foris pp pctã priuata ꝛ publica: que tunc manifestabunt corã toto mũdo ꝛ ad magnã confusionẽ ꝛ detrimentũ damnatoꝝ. q2 in eo erũt lamentatiões ploratus ꝛ timoris carmen doloris ꝛ afflictiõis ꝛ ve infernalis supplicii ꝛ eterne dãnationis. ¶ Secũdus liber appellatur liber vite. q2 in eo scripta erũt merita eterne vite ꝛ opera viua ab his qui in dextera erunt facta que ad laudeꝫ electorum legentur. ꝛ ad consolationem eorum publicabuntur. ꝛ ideo appellatur liber vite. de quo dr Danielis. xij. Saluabitur populus tuus omnis q inuentus fuerit scriptus in libro. ¶ Consequenter his pactis iudex in omnes diffinitiuam proferet sententiam de qua sententia dicitur. Fluuius igneus rapidusq3 egrediebatur de ore iudicis in throno sedentis. Fluuius iste est magna sententia ꝛ inuestigabilis intelligentia que ex ore iudicis procedet per quã feret sentẽtiam iustissimã ꝛ irreuocabilem in bonos ꝛ malos: q̃ snīa erit ignea ꝛ rapida sed ignea. i. amore ꝛ charitate plena quo ad bonos ꝛ rapida. i. horrenda ꝛ furore plena quo ad malos. cũ dicit eis illd Math. xxv. Ite maledicti in ignem eternum q paratus ẽ diabolo ꝛ angelis eius. Hic ondit snīa iusta: qa sunt maledicti pp culpe feditateꝫ ꝛ acerba pp ignis acerbitatẽ. cuꝫ dicit. Ite in ignẽ eternũ pp pene perpetuitatẽ. q2 dr. Ite maledicti in ig. eter. Erit horrẽda pp demonuꝫ societatẽ. q2 ꝯcludit q parat9 est supple vobis cuꝫ diabolo ꝛ angelis ei9. Ecce dies ergo illa que dicitur dies ire ca. ꝛ mi. di. ma. et a. valde. Sed quo ad illos q erũt in dextera parte sentẽtia erit ignea idest amore ꝛ charitate plena. Iõ dicit eis thema i pricipio assũptũ

Venite benedicti patris mei po. ps. vo. reg. a ↄsti. mundi. Euāgelium āt pponit disceptationem. i. sniam diffinitiuam ꝑ electis snie diffinitiue ꝑ reprobis. ¶ Sed h attēdamus fratres de numero electorum ⁊ reproborū qd possum⁹ ↄiecturare cū christus dicat. Math. xxii. Multi sūt vocati pauci vero electi. Et origenes sup hoc dicat vnū terribile verbū. Timēdu; est ingt ne christiani in illo nūero introeāt in regnū celorū: quo numero introierūt filij israel in terrā ꝑmissionis. s. duo. Quid. n. terribilius nobis pōt dici: ꝙ ꝗ multi sunt vocati pauci vero electi. Fratres cū dñs dixisset discipulis suis vnus vestrū me tradet: omnes dixerunt. Nunquid ego sum dñe? Ita ergo si vnus ex toto humano genere periturus crederetur. ⁊ tantum vnus: quis non vehementer expauesceret. Multo magis cū is q oia nouit. dixerit multi sūt vocati pauci vero electi tremere debent ⁊ timere vniuersi. vñ Chrys. Qui de gloria cogitat ⁊ non magis timet de casu ille nec infirmitatē sue carnis cognoscit: nec versucias ↄsiderat diaboli: nec intelligit qd ait apl's Ephe. vi. Non est nobis colluctatio cum carne ⁊ sanguie suppletrī. sed aduersus pricipatus ⁊ ptātes aduersus rectores tenebrarū harū. In hoc ergo certamine spirituali viuētes nō debemus cogitare qualē gloriā ↄsequamur. s. primo: sed qn̄o ruinā peccati euadam⁹. Hec ille. Si. n. ingt idē doctor certamen bn̄ processerit postea pōt iudex ꝑm meritum certaminis premiū mensurare ⁊ estimare. h ille. Hec dixi vt primo cogitemus hic bn̄ viuere: si post mortē velimus gloriose viuere. his ergo qui bn̄ vixerint ⁊ in gr̄a mortui fuerint dicet iudex. Venite b. ⁊c. O qs poterit cogitare quale ⁊ quantū gaudiū erit electorum tali snia audita. Vere erit snia omni gaudio plena pp opus sanctitatem qꝛ bn̄dicti propter eternorum felicitatem qꝛ possidete regnum ⁊ pp angelorū societatem qꝛ cū btis ab origie mūdi. ¶ Terminata igitur snia iudicis nil aliō restat nisi executio snie vt recipiat vnusqsq; penā vel pmiū ꝑ tuorū qualitate factorū. Immediate ergo absq; quacūq; dilatiōe iudex bonos cū iubilo ducet ad celum empyreū: ⁊ reprobos cū demonibus oib⁹ pcipitabit in gehēnā. vñ ↄcluditur. Math. xxv. Et ibūt hi. s. dānati in suppliciū eternū. Iusti autem in vitam eternam his terminatis erit innouatio mundi. Sicut. n. ille maximus ignis elementa purgabit cum habeat vim expulsiuam forme extrinsece: sic mundum innouabit dispositiue subtiliando ipsa elementa. Unde Richardus ait quod per purgationem mundi remouebitur ab elementis aliqua res positiua derogans sue puritati: sic ꝙ p purgationē separabuntur a quo

libet elemento partes alioꝝ ⁊ dis-
positiones ad alia elementa que
causant p mutuã actionẽ ⁊ passio
nem in confiniis suis. Habebũt
etiã lucẽ quã modo nõ hñt. Pri-
mo.n.lux in corporibꝰ celestibus
augebit Isa.xxx. Erit lux lune sic
lux solis ⁊ lux solis erit septẽplici
ter sicut lux septẽ dieꝝ. ⁊ ex cõse-
quẽti elemẽta abũdantius illumi
nabunt ꝙ mõ. quia recipient a
corporibus celestibꝰ ampliorem
luminis influentiã. Utrũ aũt post
illã celeritatẽ quã a corporibꝰ cele
stibus recipiẽt lux eis imprimat
alia icertũ est: tñ nullũ ẽ incõueni
ens si ꝯcedat ꝙ sic ⁊ tũc sicut aie
electoruz p lumen glorie aliquo
modo ꝯformant manente differẽ
tia ⁊ proprietatibus naturalibus:
sic corpora inferiora per suam il-
lustrationem aliqualiter corpori-
bus celestibus conformabuntur
salua differentia in essentia ⁊ pro
prietatibus naturalibus. terra ta
men non illuminabitur nisi in
sui superficie. Si enim in profun
do illuminaretur impii lumen il
lud viderent qua visione sunt in-
digni. Hec ille. Bonauentura ve
ro sic dicit. Erit hoc ad gloriam
electorum. Sicut enim gloria est
regi habere plures cameras in
palatio ⁊ pulchram coquinam
quãuis non ingrediatur: sic ele-
ctis erit gloria ⁊ honor ꝙ non so
lum aula paradisi ⁊ celum em-
pyreum sit pulchrum. sed etiam
ꝙ celũ syderum ⁊ antiquũ habi-
taculum. hec ille. Animalia vero
bruta ⁊ ẽt plante non manebunt:
Uñ Boñ. dicit ꝙ animalia ⁊ plan
te non sunt ad ornatũ terre: nec ad
hois obsequiũ: nec ad dei laudem
nec ad vniuersi pfectionẽ: nisi ẽm
eũ statũ qui est corruptibilis ⁊ va-
riabilis. ⁊ ideo illa nõ oz innouari
Uñ terra habebit alium ornatum
Et Richa. ait. Quãuis bruta aĩa
lia ⁊ plãnte seruiant hoĩ sicut ele-
menta: nõ tñ tantã habẽt aptitudi
nem ad statum incorruptibilita-
tis sicut elementa: quia sunt inco-
ruptibilia secundum se tota.

t Ertio ⁊ vltio vi-
dendum ẽ
de glĩa corporis. Ubi
sciẽdũ ẽm Richar. di.
xlix. ꝙ in btis ẽ premiũ essentiale.
qđ est aie beatitudo consistens in
clara dei visiõe ⁊ pfecta fruitione:
ac pfecta securitate de pdicte visio
nis ⁊ fruitionis ⁊ ppetuatione et
gaudio. premium vero accidẽta-
le dicit quod habet bonũ creatuz
p obiecto: qđ accidẽtale dicit non
qꝛ sit accidẽs: qꝛ tũc beatitudo aie
ẽt diceret pmiũ accidentale: s; qꝛ
tale premiũ nõ est de rõne beatitu
dinis ipsius aie. eo ꝙ ipsa sine illo
vere esset beata dicẽte Aug. li. v.
ꝯfes. ⁊ loquẽte ad deũ de bõis crea
tis. Btũs est qui te scit: etiã si illa
nesciat. qui vero te ⁊ illa nouit: nõ
pp illa beatior: sed pp te solũ bea-
tus est. Duplex vero est beatitudo
sc; anime ⁊ corporis. Dicitur aũt
de essentia beatitudinis aie omne

id sine quo nõ esset vere btã. Et
qꝛ sine corꝑe vere btã ẽ: btitudo
corꝑis ꝑtinet ad ꝑmiũ aĩe accidẽ
tale. Sꝫ id sine quo corpus non
posset eẽ beatũ. videt̃ essential'ei⁹
btitudo: vel ad ipsaꝫ ꝑtinere: ⁊ ita
põt dici ꝙ beatitudo corꝑis ali-
quo mõ ẽ essentialis: qa ẽ essen-
tialis corꝑi inqȝtũ sine illa corp⁹
nõ posset eẽ beatũ: cũ nõ ẽ essentia
lis ꝑncipaliter ⁊ simpliciter eo ꝙ
sine illa ꝑs hoĩs ꝑncipalior ẽ btã
ꝑ ꝑfectã sui cũ deo cõiunctioneꝫ
Itẽ ẽ sciendũ. ꝙ ẽ quoddã ꝑmiuꝫ
qd̃ dꝛ aurea: quoddã qd̃ dicit̃ au
reola: quoddã qd̃ nec ẽ aurea nec
aureola. ¶ Aurea ẽ ꝑmiũ substã
tiale btõꝝ qd̃ per siĺitudinẽ aurea
dicit̃ tñ qꝛ dat̃ victorib⁹ ⁊ victori
debet̃ corona: tũ qꝛ ꝑ ipm creatu
ra rõnalis ẽ deo ꝑfecte subiecta
cui eẽ subiectũ regnare ẽ. tũ qꝛ ad
siĺitudinẽ corone q̃ cõtinet̃ linea
circulari: ita ꝑfecta ẽ vt ei nõ pos
sit fieri additio nisi accidẽtal'. ita
illud ꝑmiũ ẽ. ita ꝑfectũ ꝙ qcquid
suꝑaddit̃ accidẽtale ẽ. tuꝫ qꝛ sicut
corona q circularis est ad eundeꝫ
punctũ quo incipit terminat̃. ita
ꝑ ipsum ꝑmiũ essentiale creatura
rationalis. ꝑmo ꝑncipio cõiũgit̃
a quo inesse ꝑ creationem exiuit.
¶ Aureola vo ẽ gaudiũ de oꝑib⁹
a se factis rõnẽ habentib⁹ victorie
excellentis ꝑ qd̃ apparebit exteri⁹
in corpore qdã decor qui ꝑdictuꝫ
interius gaudiũ exterius declara
bit. Ergo aureola ẽ gaudiũ de bo
nis reatis ⁊ qbuscũqꝫ sꝫ ꝑuilegia
tis ꝑuilegio victorie excellẽtis. ⁊
sic aureola est ꝑmiũ accidentale ⁊
dꝛ respectu auree vocabulo signi-
ficante diminutiõe ad significan
duꝫ ꝙ est minus ꝑmiũ qȝ aurea.
de quo in figura dr. Exo. xxv. de
tabula q̃ ponebat̃ suꝑ arcã. Faci
es illi labiũ aureũ ꝑ circuitũ ⁊ illi
labio coronã ⁊c. ⁊ suꝑ illã alteraꝫ
coronã aureolã. ¶ Nec tñ ẽ ꝑmiũ
accidẽtale aureola est: qꝛ non oĩa
bona oꝑa que fecerũt beati, ⁊ de
qbus gaudẽt habẽt rationẽ victo
rie excellẽtis: ⁊ tñ gaudiũ de illis
cũ sit de bono creato ẽ ꝑmiũ acci
dentale. hec ille. Hoc aũt ꝑmiuꝫ
debet̃ v̾ginib⁹ rõne excellẽtis vi-
ctorie quã habuerũt ꝯtra carnem
doctorib⁹ rõne excellẽtis victorie
quã habuerũt ꝯtra carnẽ diabo-
lũ. martyrib⁹ etiã debet̃ ratiõe ex
cellentis victorie quã habuerunt
contra mũdũ. Nunc autẽ ꝯsequẽ
ter videndũ ẽ de gloria corporis.
Unde. x. reperio que sequunt̃ corꝛ
pus gloriosuꝫ siue q̃ hẽbit i ꝑria.

¶ Primum erit euidentissima
claritas.

¶ Secundum erit constans im
passibilitas.

¶ Tertium erit vigorosa subti-
litas.

¶ Quartũ erit velocior agilitas.

¶ Quintũ erit celestis habitatio.

¶ Sextum erit vocalis collau-
datio.

¶ Septimum erit delectabilis vi
sio.

¶ Octauũ grata nimis auditio.

¶ Nonum erit redolens odoratio.
¶ Decimum erit suauis degustatio.

PRima igit glia erit &c. in corporibus iaʒ gloriosis vt ē corp' xpi & vgīnis glīose & forte pluriū alioꝝ cui dētissima claritas Math. xiij. Justi fulgebūt sicut sol i regno pr̄is eoꝝ. Et Sap. iij. Fulgebūt iusti & tāq̄ scintille i arūdineto discurrent. De hac claritate ait Alex. in iiij. q̄ nō ē generatiua caloris sʒ est ꝯfortās & delectās visuʒ. & pp hoc cōparat claritati lapidis iaspidis qui ꝯfortat aspectū: & talis fuit claritas quā habuit xps in trāsfiguratiōe. h ille. Hec āt claritas erit.
¶ Primo glorie aie proportionata.
¶ Secundo partibus corporis comparata.
¶ Tertio differens in multis corporibus.
¶ Quarto correspondens bonis operibus.
¶ Primo igitur claritas illa erit gloria &c. Uñ ait Richar. di. xlix. quarti. Claritas corporum erit differens secundum differentiam glorie animarum & h oc est ratio nabile: quia ex claritate beatitudinis anime claritas redundat in corpus. Unde secundum proporcionem qua beatitudo anime christi excedit beatitudinem cuiuslibet alterius anime: sic lux sui corporis excedit lucem futuram in quocūq; corpore alio glorificato Quādo vero dicitur q̄ fulgebūt iusti sicut sol. sciendum est q̄ lux elementaris & lux corporis glorificati eiusdem speciei non sunt: sed lux elementaris est quasi quedam imitatio illius sicut lux naturalis spiritualis anime non est eiusdem speciei: cum spirituali luce glorie: sed est quedam imitatio illius: lux tamē corporis erit eiusdem speciei cum luce que post resurrectionem erit in alijs corporibus glorificatis. Juxta illud ad Ephe. iij. Saluatorem expectamus dominum iesum christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Ubi ait Nicolaus de lyra q̄ non dicitur corpus humilitatis. nam modo est nobis occasio humilitatis: eo q̄ est corruptibile & putrefactibile & corrodetur a vermibus & in cineres resoluetur. O quantum nunc debemus humiliari sub manu potentis dei qui nobis resurgentibus dabit talē ac tantam claritatem atq; lucem. Si enim vt ait sapiens Eccles. xi. Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem quanto magis delectabile erit videre illa in lucem gloriosaʒ. Hec claritas in transfiguratione fuit tam delectabilis petro. vt diceret. Domine bonum est hic esse. Super quo ait Remigius q̄ petr' visa maiestate domini adeo

delectatus est vt cuncta tempora lia obliuioni traderet et impetu um manere vellet. Quid igitur erit de illa luce perpetua. ¶ Secundo dixi quod hec claritas erit partibus corporis comparata. non.n.oes partes corporis equaliter lucebunt. Unde Richar. vbi prius dicit quod plenitudo humani corporis requirit vt quedam eius partes sint clariores quam alie. Ideo non erunt oes partes corporis equaliter clare. Erunt tamen clare secundum illam proportionem quam magis requiret corporis pulchritudo. hec ille. Sicut.n.in corpore non glorioso oculi sunt pulchriores et clariores aliis partibus corporis: ita erit ibi. Ita et in corpore mystico aliqui sunt clariores et sapientiores aliis vt sunt illi quibus dictum est. Math.v. vos estis lux mundi. Unde Aug. sup Gene. ad litteram. dicit quod lux est substantia corporea summe simplex in genere corporum summe multiplex in efficacia. Unde Luce in corporibus nihil est vtilius: nihil pulchrius: nihil communius: nihil velocius: nihil impassibilius: nihil virtuosius inuenitur: imo lux est facies omnium rerum que oia oibus bonis prelatis et doctoribus conueniunt. ideo non immerito dicitur eis. Uos estis lux mundi quia sapientiam docent et iusticiam et prudentiam atque virtutem quibus nihil vtilius in vita est hominibus. Unde doctor debet verbis sanctis et monitionibus aliorum corda illuminare et tenebras mentis auferre vt dicere valeat his quos docet cum apostolo. Ephesi.v. Eratis .n. aliquando tenebre nunc autem lux in domino. vnde de prelatis qui sunt lux mundi dicit Isydorus li.iii. De summo bono. capi. xlvi. Sacerdotes debent exquirere peccata populorum et sagaci sollicitudine vnumquemque probare. Iuxta testimonium domini ad Iere.vi. Probatorem dedi te in populo meo et scies. et probabis vias eorum. Et sequitur eodem capitulo. Sacerdotes studio corrigendi facta perscrutari debent subiectorum vt emendatos lucrifacere possint. Et sequitur. Bonorum studia sacerdotum multa diligentia etiam parua plebium facta perquirunt: vt dum in minimis subditorum peccatis se acerrimos prestant in maioribus malis cautos atque solicitos faciant. Hec ille. vtique sic erunt lux mundi vt sic ex tali luce doctrine ad lucem glorie perueniant Iuxta illud Daniel.xii. Qui fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Sicut igitur in corpore mistico quedam partes plus lucent. s. prelati et doctores plusquam simplices: sic in corpore glorioso quedam partes plus aliis lucebunt. ¶ Tertio dixi quod predicta claritas erit differens in multis corporibus. de qua differentia ait apostolus.i. Cori.xv. Alia cla

ritas solis alia claritas lune et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate sic et resurrectio mortuorum. Super quo textu ait Ni. de ly. Per hoc quod dicitur alia cla. solis intelligitur claritas christi. Alia cla. lune intelligitur claritas virginis marie. alia stellarum. i. aliorum sanctorum. Et subditur. Stella. n. a stella differt in claritate: sic et resurrectio mortuorum. Hec ille. Erit ergo alia et alia claritas in corporibus gloriosis. i. maior et minor. quia claritas corporis christi erit maior et intensior omnibus aliis. et consequenter claritas virginis post claritatem christi omnes alias claritates excedet. Ita etiam inter sanctos erit differentia claritatum sicut est differentia claritatum inter stellam et stellam. Et Richar. dicit quod quodlibet corpus glorificatum fortius lucebit et intensius quam lucet sol. O quam pulchrum et iocundum erit videre tot lumina: tot claritates delectabiles visui. Nullus viuens narrare posset. Eruntque in corporibus martyrum cicatrices sicut dicit beatus Aug. xxii. de ciui. dei. dicit enim quod cicatrix illa non erit in eis deformitas: sed dignitas sicut recitat Richar. Sicut enim christus in sua resurrectione retinuit plagas passionis quas omnes videbunt in die iudicii vt dictum est prius. ita credendum est quod martyres ad decorem habebunt signa in corpore sui martyrii. Sic credendum est quod beatus Franciscus habebit plagas sibi impressas a christo sicut legimus de ipso: et post mortem vise sunt ab omnibus qui presentes fuerunt dum corpus eius traderetur sepulture et videre voluerunt. Et credendum est etiam quod tales partes magis lucebunt. Quot cicatrices autem remanebunt in corporibus martyrum deus nouit. sic igitur patet quomodo in corporibus erit alia et alia claritas. Quarto dixi quod hec claritas erit correspondens bonis operibus. ¶ Querit tamen Richardus vtrum beati habebunt aliquod accidentale premium pro bonis operibus qui fecerunt in peccato mortali. Et respondendo dicit quod sicut pena duplex est. quedam scilicet inflicta a iudice. quedam acta ab ipso peccante. quia homo peccando sibimet infert penam. ita dico quod duplex est gaudium accidentale in beatis. Quoddam receptum specialiter a deo misericorditer retribuente. Quoddam actum ab ipso beato recogitando bona opera sua et sibi complacendo in eis. Primum gaudium magis proprie habet rationem premii quam secundum: quamuis secundum aliquo modo habeat: eo quod omnia que habent beati principaliter a deo sunt. Cum ergo beatis placeat se fecisse opera bona que in peccato mortali fecerunt maxime inquantum videbunt quod illa opera eos ad penitentiam disposuerunt seu in

clinauerunt ꝓ illis habent aliqd accidentale premiū extendēdo nomen premij ad gaudiū quodlibꝫ beatoꝝ: nō tñ sic gaudent de illis bonis operibꝰ sicut de illis que fecerūt in charitate de qbꝰ gaudent ratione operis operati ⁊ radicis ⁊ forme. ⁊ de alijs gaudēt rōne operis operati tm̄. Hec ille. Ex quo patet ꝙ quātūcūqꝫ qs sit in pctō mortali: non tñ desistere a bonis operibꝰ debet vt ab orone: a ieiunio: ab elemosina: ⁊ ceteris bonis qꝛ si saluet̄ ꝓ illis etiā gaudebit specialiter. tñ dꝫ conari ⁊ se exercere in bōis operibꝰ dū ē in charitate ſm picturā quādā. vnd hoies antiqtus tpe quadragesime: ⁊ tēpore paschali solebāt se exercere in bonis opibꝰ. sed vere nunc pauci curāt de bonis opibus fiendis tali vel tali tēpe. ꝑcōsequēs pauci curāt de salute sua qd est multū dolendū. vnde quasi oī tpe hoies sunt pigri ad bonū: ⁊ sunt solliciti ad lasciuias: ad choreas: ad ludos: ⁊ ad cetera mala. vñ d hoibꝰ huiꝰ tpis verificatur illd Sap. xv. Estimauerūt lusum eē vitā nr̄aꝫ ⁊ cōuersationē vite eē cōpositā ad lucruꝫ: ⁊ oportere vndecūqꝫ etiaꝫ ex malo acqrere. Aduertamꝰ diligēter rogo verba sapientis Prouerb. i. dicētis. Sapiētia foris ꝑdicat: in plateis dat vocē suaꝫ di. Usqꝫ quo paruuli diligitis infātiā ⁊ stulti ea q̄ sunt noxia cupient ⁊ iprudentes odibūt sciāꝫ. Conuertimini ad correctionē meam. Et sequit̄. Uocaui ⁊ rēnuistis: extendi manū meā ⁊ nō fuit q aspiceret: despexistis omne cōsilium meū ⁊ increpatiōes meas neglexistis. ego quoqꝫ in interitu vestro ridebo ⁊ subsanabo cū vobis qd timebatis aduenerit: qñ venerit super vos tribulatio ⁊ angustia tūc inuocabūt me ⁊ non exaudiaꝫ mane cōsurgēt ⁊ nō inueniēt me: eo ꝙ exosaꝫ habuerint disciplinaꝫ ⁊ timorē dñi non susceperint nec acqeuerint cōsilio meo ⁊ detraxerint vniuerse correctioni mee. Comedēt ergo fructus vie sue suisqꝫ cōsilijs saturabunt̄. hec ibi. Quid igit̄ expectamus bene agere si vitā illā gloriosaꝫ ⁊ claritatē illam tā mirabilē tam delectabilē desideramus habere. Scdm eni ꝙ plura bona merita: ⁊ in charitate fecerimus. ſm hoc maiorē claritateꝫ in patria habebimꝰ. Hec est lux. de qua ait Iob. xvij. Post tenebras spero lucē. Ad quā lucem vocabimur in die iudicij dū nobis dicet̄. Uenite bn̄dicti ⁊c.

SEcunda gl'ia corporis erit cōstans impassibilitas vñ apl's. i. Corint. xv. dicit de corpore. Seminat̄ in corruptiōe surget i incorruptione. seminat̄ in ignobilitate surget in gloria: seminat̄ i infirmitate surget in virtute seminatur corpꝰ animale surget corpus spirituale. vbi ait Ni. de lyra. Hic ostendit apl's differentiaꝫ corpis

resurgentis ⁊ mortui quantum ad
quattuor dotes corporis glorio-
si. ¶ Seminatur in corruptione
idest sepelitur in terra corpus cor
ruptibile: vel seminatur. idest per
naturam generatur surget in in-
corruptione. idest corpus surgẽs
habebit incorruptionem per do
tem impassibilitatis. ¶ Semina-
tur in ignobilitate. idest corpus
obscurum ⁊ vile surget in nobili
tate corpus habens dotem clari-
tatis. Et hoc dicit ad duo prima
Et sequitur ibidem. Oportet. n.
corruptibile hoc induere incor-
ruptionem ⁊ mortale hoc indue-
re imortalitatem. Hec autem im
passibilitas. vt volunt quidam
principaliter causatur a diuina
voluntate inquantum tollit ordi
nem subiectionis corporum ipso
rum beatorum respectu quorũ-
cũqꝫ agentium actione corrupti
ua seu afflictiua: tamen imediate
huiusmodi impassibilitas aliquo
modo causat ab ipsa anima bea-
ta que huiusmodi corpus infor-
mat cui deus dedit talem virtu-
tem ꝙ corpus per ipsam viuifi-
catum potest preseruare ab om-
ni actione lesiua. Et illud vdetur
innuere beatus Augustinus in
libro ad Dioscorum vbi ait. Tã
potentis nature fecit deus ani-
mam vt ex eius felicitate redun-
det in corpus sanitas perpetua ⁊
vigor incorruptibilitatis. Ricar
dus vero dicit dis. xlix. quarti ꝙ
ĩ impassibilitate est considerare. ⁊
illud qđ ponit ⁊ illud qđ excludit
Quãuis enĩ significet negatiuo
modo tñ res ꝑ eã significat nõ ẽ
priuatio s; habitus. est enim qua
litas in corpore ex redundantia
beatitudinis anime causata cor-
pus prohibens ab omni passio-
ne sue perfectioni contraria. hec
ille. Unde hec impassibilitas.
¶ Primo in omnibꝰ corporibꝰ
equalis in priuatione.
¶ Secũdo erit ineq̃lis positione.
¶ Tertio erit eq̃l' i eodẽ corpore
¶ Quarto i substracto eq̃lis ope.
¶ Prio igit hec ipassibilitas erit
eq̃l' in ꝑuatiõe. Uñ Richar. ait ꝙ
quantũ ad exclusionẽ passibilitatis
ĩpassibilitas erit eq̃l' i oĩbꝰ corpi-
bꝰ btõꝝ. h ille. Et rõ ẽ. q: a nullo
ĩtrĩseco vl' extrinseco poss; corpo
ri gl'ioso ĩferri lesio. qđ declarãs
Boñ. i. iiij. dicit. Nõ l; elementa
maneãt i corpe gl'ioso s; sbstãtiã;
⁊ q̃litates ⁊ opatiões: attẽdẽdum
tñ ẽ ꝙ q̃druplex ẽ opatio. ¶ Una
quantũ ad ꝯuatiõe;. ⁊ hec ẽ mixtio
nis. ¶ Alia quantũ ad ꝯuationẽ. ⁊
h ẽ misterial' caloris vital' ꝑ corpꝰ
¶ Tertia ẽ pugne ordinãs ad dis
solutionẽ. ¶ Quarta ẽ exterioris
imꝑssiõis ꝑ quã alicuiꝰ elementi
opatio intẽdit ⁊ pugna orit. Pri
me due opatiões manebũt vt pa
tebit magĩ q̃rto mẽbro. due scõe
nõ mãebũt: q̃a ordinãt ad dissolu
tionẽ. h ille. Et ita i oĩbꝰ corpibꝰ
erit eq̃l' ꝑuatio ĩfirmitatis aut cu
iuscũqꝫ lesiõis. Corpꝰ ẽt glorio-
su; pati non poterit ab extrinseco

Unde ait idez doc. q corpus glo riosũ nõ põt pati p violentiã cor poris obuiantis: qr oẽ corpus est puiũ ei. Unde sicut si aliqs haberet cultellũ cristallinũ non diuideret radiuz p eius ictum: imo radius penetraret talẽ cultellum ⁊ nõ pa teret ab ipso. sic in pposito ad in telligendũ ẽ corp⁹ gloriose pene trare cultellũ. O q̃ pulchra sunt hec ⁊ itellectui iocũda. Sz certe magis erunt iocũda ⁊ delectabi lia dũ experimẽto hec cognosce mus. Sic igit patz quõ ipassibili tas erit eq̃lis in puatiõe lesionis vel passiõis in oibus. ¶ Secun do ipassibilitas erit iequalis i positõ ne. dicit. n. Richar. q q̃tũ ad id qõ ponit nõ erit eq̃lis i corporib⁹ oiuz btõꝝ: sz differẽs ꝑm differẽ tiã meritoꝝ ⁊ ꝑz differentiã beati tudinis aiaꝝ. hec ille. Unde hic do ctor videtur sentire q sicut dos claritatis nõ erit eq̃lis i corporib⁹ omniũ btõꝝ. sicut dictũ ẽ pri⁹. ita nec dos ipassibilitatis. Talis igi tur q̃litas erit differẽs in christo. ⁊ alijs sicut pprie dictũ ẽ de clari tate. Et videt rationabile vt scili cet corp⁹ gloriosuz qõ prius fuit mortale ⁊ passibile. ⁊ cui illate sũt multe passiões frigoris ⁊ calidita tis ⁊ famis ⁊ sitis ⁊ multaꝝ aliaꝝ tribulationũ ꝑmiet a deo aliqua q̃litate que sit phibens ab omni passiõe sue pfectioni ɔtraria pp hanc aũt gloriã corporis obtinẽ daz multũ debemus patientes esse: qm̃ oportet nos per multas tribulatiões intrare in regnum dei. Act. xiiij. Nos eni estimam⁹ posse illã gloriam habere ⁊ nihil pati. sz vtiq3 nos scire debemus regnũ celoꝝ esse rem litigiosam. ⁊ non nisi litigio vel certamine obtineri posse dicẽte apostolo. ij. ad Thi. ij. Nõ coronabit nisi q legitime certauerit. Quidã enim pacẽ hñt cũ diabolo in oibus ei obediẽtes pctã psequẽtes. pctã de die in diẽ multiplicãtes. mun do ⁊ carni sue ꝑuiẽtes talib⁹ non est regnũ celoꝝ pmissuz: sed his q in dei ꝑuitio fideliter laborant. quibus dicet in die iudicij illud Math. xj. Uenite ad me oẽs q la boratis ⁊ onerati estis. ⁊ ego refi ciã vos. Multi. n. sunt fatui qui male agunt siue viuũt ⁊ expectãt gloriã: nã q plantãt spinas ⁊ tribu los fatui sunt si expectãt ex eis fi cus ⁊ racemos. De qbus dr Isa. lix. Expectauim⁹ iudiciũ ⁊ nõ est supple p nobis: sz cõtra nos. salu tẽ ⁊ elõgata est a nobis. Et sub dit causaz. Multiplicate sunt eni iniqtates nr̃e corã te ⁊ pctã nostra rñderunt nobis. Sz tales dicunt Miꝫcordia dñi magna ẽ. quoti ens. n. dolebo de pctis miserebit mei. ⁊ sic saluabor iuxta illud. Ezech. xviij. Cũ auerterit se im pius ab impietate sua quã opera tus ẽ ⁊ fecerit iudiciũ ⁊ iusticiaz ipse aiam suã viuificabit. Tales nõ attẽdunt ad illud q dr Eccl. v. Nõ adijcias pctm̃ sup pctm̃: ⁊ ne dicas miseratio dñi magna

est multitudinis pctoꝝ meorum
miserebit. misicordia. n. ꝛ ira cito
ab illo approximāt ꝛ i pctōres re-
spicit ira illius. Nō tardes con-
uerti ad dn̄m ꝛ ne differas de die
in diē: subito. n. veniet ira illius.
ꝛ in tpe vindicte dispdet te. Dicit
tn̄ Richar. di. x. q̄rti ꝙ hō etiā in
articulo mortis q̄ꝫdiu vsuꝫ retiet
liberi arbitrii pōt penitere digne
Tūc. n. est penitētia digna cum
penitēs efficaciter dolet de p̄teri-
tis. ꝛ ꝓponit cauere a mortalibꝰ
futuris ꝛ ꝯfiteri vere ꝛ satisfacere
ꝓposse ꝛ si ad hec oīa p̄ncipaliter
moueat ex amore bonitatis diue
Hos aūt oēs motꝰ mētis pōt hr̄e
ille qui in hora mortis icipit peni
tere q̄ꝫuis sit difficile. ꝛ qn̄ hoc ac
cidit est spāle bn̄ficiū diuine mise
ricordie. hec ille. De hac peniten-
tia tarda loquit magister di. xx.
quarti ca. i. satis ample ostendēs
pi̇cula. vbi dicit ꝙ multos solet
serotina penitētia decipere: qa qui
ꝑ penitētiā vsq͡ꝫ in finē vite ꝓtra-
hunt: tunc nō ex dei amore viden
tur penitere: sꝫ timore mortis q̄si
ex necessitate. hec ille. Et alia plu
ra dicit de qbus ptrāseo. Tales
sunt nimis passibiles q nihil vo-
lunt agere ꝓ salute aīaꝝ suaꝝ dū
sani sunt: Oportet. n. nos pn̄iam
agere de pctis si dotē ipassibilita
tis volumꝰ acqrere dicente xp̄o.
Math. iiii. Penitētiā agite appro
pinquabit. n. regnū celoꝝ Et hec
de. ii. ¶ Tertio vō dictū ē ꝙ ipas
sibilitas erit eq̄lis in eodē corpor
Dicente Richardo. xlix. di. Im-
passibilitas erit eq̄lis in oibꝰ par
tibus eiusdē corpis. qꝛ si esset ine-
qualis in partibus eiusdē corpis
ex hoc non redderet ꝑfectior sed
iꝑfectior ipassibilitas totius. hec
ille. Et rō huius pōt eē: qꝛ oēs par
tes eiusdē corporis eq̄liter sunt
susceptibiles talis qualitatis. Et
lꝫ corpus gloriosuꝫ sit tangibile:
nō tn̄ erit corruptibile aut passibi
le. Et cuꝫ inqt Greg. in omel. ꝙ
corrūpi necesse ē qō palpat. itelli
gendū ē ait Richar. de eo ꝙ pal-
